DE DEO VNO, ET TRINO

SCOTICA OPVSCVLA

QVO AD ESSENTIALIA, ET NOTIONALIA AD INTRA:

Auctore Fr. Gaspare Sghemma à Panormo D. Theologo Ord. Min. Conu. S. Francisci; Sanctissimæ Inquisitionis Regni Siciliæ Censore.

AD EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. IOANNEM DE LVGO HISPALENSEM

S. R. E. Præsbyterum Cardinalem

Ex Societate Iesu.

Pertinet ad Conuentum San.ti Fran.ci de Vrbe



Ad Vsum Pij Angel. a' Nav

PANORMI,

Ex Typis Alphonsi de Isola Impressoris Cameralis. 1645.

Imp. Abbas Gelosus V. G. *Impr. de Denti Præs.*

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

DOMINO

D. IOANNI DE LVGO

HISPALENSI,

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

E Societate Iesu.

Fr. Gaspar Sghemma Panormitanus Ord. Min. Conu. S. Francisci D. D. D.

PAVCA hæc Scotica de Deo Vno, et Trino, nec melius afferri, neq. ad tuendum firmius offerri, quam tibi Eminentiss. & Reuerendiss. D. *Purpurato Alumno ex præstantissimis Patribus Societatis Iesu. Quorum studia, & labores nostro æuo, vsq. adeo bibliothecas auxerũt & ditauerũt, vt nulla sit mũdi pars, nulla Academia, nulla Schola, nullũ* Lyceũ, *cui aut ab eis, aut eorũ libris edoceri non conueniat. Et certe horũ Religio ad fidei propagationẽ præcipue intendit, ex Paulo* III. *Societas ad diuini nominis gloriam, Reiq. publicę christianę amplificandam elaborat, ex Gregorio xiij. Industria, exercitationes studiorum ita strenue, & sine intermissione complectitur, vt ab eius integritate, & incolumitate Ecclesiæ pax, vtilitas, firmitas maxime pertinere videatur ex Gregorio xiv. Quare nõ abs re horum incrementum, & profectus, non secus, ac brachium dexterum Ecclesiæ, & Vicarij Christi in terris, vt suæ auctoritatis defensores permanent, testantur* Clemens VIII. *Paulus V. Vrbanus* VIII. *Pauca ne ista? Horũ animi submissio, postquam multa perfecerunt, & docuerunt, ita solemni voto obstringuntur, vt ad dignitates obtinendas, quacumque semita se vmquam curaturos profiteantur. Tu solus E. D. cum Magnis illis viris, feruentissimis, ac Clarissimis Ecclesiæ luminibus*

nibus Toleto, & Bellarminio: nescio si quoq. & alio, quarto loco purpura indutus euasisti. At byssum in tanto honore, vt aiunt, tibi oblatum fortiter recusasti; purpuram verò, qua & Christus Iesus pro nobis superindui voluit, ex obedientia Romani Pontificis subterfugere non potuisti; verè vndequaq. ignea caritate Ignatij fulges, & flagras. Excipe igitur hæc minima pro facilitate in nostris Minorum Gymnasiis vtcumque inchoata. Et si pauca, tibi vero sapienti paucis accedendum. Si nominis scribentis nullius auctoritas; sub tanti sapientis, & Classici scriptoris digno tuo nomine Opusculum egreditur. Si Scoticam doctrinam profitetur; tu Scoticæ subtilitatis æmulus, vel certe non impar. Si Ioannes Scotus in tuenda veritate Immaculatæ Conceptionis Deiparæ pro parte Scholastica Antesignanus; & tu Ioānes de Lugo Coryphæus, sic cum tuis verbis, scripto, doctrina, concionibus in Vrbe, & Orbe verū consolidasti, docuisti, declarasti; vt illibata Virginis in gratia conceptio, tamquam fidei articulus in Ecclesia, & in omnium animis habeatur; & explicite propè habendus ex tuo, & aliorum Purpuratorum Patrum zelo, virtute, sapientia, doctrina; & Sanctissimi, ac sapientissimi Pontificis auctoritate breui sperat à Deo, & à S. E. Romana Christianus Orbis vniuersus. Vale.

INDEX
TITVLORVM,
ET QVÆSTIONVM
de Deo Vno, & Trino,
Quæ Scotica Opuſcula inquirunt.

PROLOGOMENA.

De eſſe Dei. Titulus I.

De natura Dei. Tit. ij.

De perfectione Dei Tit. iij.

De ſimplicitate Dei. Tit. iv.

De infinitate Dei. *Tit. v.*

tiua

De necessitate essendi Dei. Tit. 6

De æternitate Dei. Tit. vj.

De immutabilitate Dei. Tit. 8.

De immensitate Dei. Tit. viiij.

De Attributis Dei. Tit. x.

De vnitate Dei. Tit. xj.

De

De processione Spiritus sancti. Tit. xviij.

De conuenientia, & differentia processionum. Tit. xix.

De relationibus diuinis. Tit. xx.

De personis in communi. Tit. xxj.

De diuinis personis, & vna essentia. Tit. xxij.

De Patris persona Tit. xxiij.

De persona filij. Tit. xxiv.

De persona spiritus sancti. Tit. xxv.

De notionibus personarum. Tit. xxvj.

De missione personarum. Tit. xxvij.

De veritate propositionum in Trinitate. Tit. xxviij. 469.

APPROBATIO.

TOmum Primum Opusculorum Scoti de Deo Vno, & Trino, quo ad essentialia, & notionalia ad Intra; & secundum quo ad Dei Visionem, fruitionem, scientiam, & prædestinationem; ab Admodum Reuerendo Patre Magistro Gaspare Sghemma editos; iussu Reuerendiss. Patris nostri Generalis diligenter perlegi; in quibus nil ad ortodoxę fidei offensam, vel sacris moribus repugnans, reperi, Omnia Author, vt solet, verè scrutatur iudicio, breui declarat stylo; fæcundi quidem intellectus, & dissertæ linguæ partus. Scoticæ doctrinæ alumnis profectus. In edocendo Magistris exemplar, & vt in lucem omnibus sistat, typis mandari posse di iudico.

F. Franciscus Maria Cauarretta *Neapolitanus* D. *Theologus, olim Gymnasij Regens, nunc* Conu. S. *Francisci Panormi Guardianus.*

LICENTIA.

DVos Opusculorum Scoticæ doctrinæ de Deo, Vno, & Trino Tomos inscriptos, & à R.P.M. Gaspare Sghemma Editos, & compilatos; ex nostra commissione accurate recognitos, vt in lucem prodire possint, seruatis seruandis iuxta nostrarum constitutionum decreta, concedimus in Domino facultatem. Romæ 3. Maii 1642.

F. Ioan. Baptista Berardicellus
Min. Gen.

F. Michael Angelus à S. Mauro
Secr: & Assis. Ord.

OPusculorum Scoticæ doctrinæ de Deo Vno, & Trino, quoad essentialia, & notionalia ad intra primum volumen à R.A.P. M. Gaspare Sghemma Panormitano Ord. Min. Conu. percurrii & breuitatem, candorem, acumen, methodum docendi, & arguendi Vt sæpius Auctoris fructus degustaui, ita Opusculum gratum, expetitum pabulum, & ad eruditionem exponi posse, & typis mandari censeo, & affirmo.

Ego Ioseph Augustinus è Societ. Iesu, in Colleg. Panor. Studiorum Præfectus.

Imprimatur.
Abbas Gelosus Vic. Genl

Imprimatur.
de Denti. P.

SCOTICA
OPVSCVLA
SCHOLASTICAE THEOLOGIAE
Ad Dei Essentiã, Attributa, Vnitatem, Trinitatem, Visionem, Fruitionem, Scientiam, & Prædestinationem.
TOMVS PRIMVS.
Auctore P. Gaspare Sghemma de Panormo Doct. Theol. Ord. Min. Conuentualium.

Totius Theologiæ sermonem, Quatuor libris sententiarum absoluit Scotus. De Deo in se, in Primo; De Deo ad creata, in Secundo; De Deo propter creata in Tertio. De medijs vnde creata ad Deum, in Quarto. Spectant ad primum, omnia prædicata ad intra, tum essentialia, tum notionalia. Ad secundum, Creator, creatura, Angelus, homo, & horum virtutes, ac defectus. Ad Tertium Redemptionis, & Incarnationis bonum. Ad Quartum Sacramenta, quibus gratia Spiritus Sancti replemur, vt tandem Deo vltimo fini vniri, eoque perfrui mereamur. Hac quoque methodo, & rerum serie, quædam ex inexhausto, & pereñi Theologico fonte prælibare, Deo dante, tantum initiabimus.

PROLOGOMENA.

An Theologia reuelata sit necessaria viatori. I.

Theologia à Theos & logos, idē est, ac Dei sermo. Prout ad præsens spectat, Sapientia est, quæ ex articulis fidei, quos explicat, defendit, ac tuetur, veritates de Deo concludit.

Dico. Doctrina supernaturalis est hominibus necessaria ad salutem. Scotus 1. quæst. prologi; Probatur. Baruch 3. Non est, qui possit scire vias eius, qui scit vniuersa nouit eam, quam tradidit Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Galat. 1. Notum facio Euangeliũ, quia non est secundũ hominẽ. Hæbreor. 11. Accedentem ad Deũ oportet credere. Marci 16. qui non crediderit condemnabitur; ergo reuelatio necessaria. Ratio; Agenti propter finem necessaria distincta cognitio finis; homo nõ potest naturaliter distinctè cognoscere finem, ergo necessaria reuelatio. Minor: finis hominis est Deus, qui comprę-

hensionem naturalem excedit: Philosophi aut circa finem errarunt, aut dubii remanserunt. 2. Ad finem necessaria sunt media, hæc non possunt naturaliter acquiri, ergo ex supernaturalibus. Minor; media, quæ ducunt ad Deum, fides, spes, charitas, quæ supernaturalia sunt. 3. Ad multa, quæ de Deo homo naturaliter posset, adhuc vtilis Theologia, vt breui tempore, & sine errore procedat. Apostol. 1. Timoth. 1. scriptura diuinitus inspirata vtilis ad docendum, arguendum, corripiendum & erudiendum.

Arguent Philosophi, & Gentiles. 1. scientia aut physica, aut mathematica, aut metaphysica 6. met. 2. hæ circuunt totum ens, & omnes partes entis, ergo nulla supernaturalis; Minor, ens vt ens est adequatum obiectum, intellectus naturaliter potest in quodlibet sub ente. 2 In nobis est intellectus agens, quo est omnia facere, & intellectus possibilis, quo est omnia fieri, ergo sufficiens principiũ ad omnem notitiam actiuè & passiuè. 3 Naturaliter cognoscimus principia prima; ergo & omnes conclusiones scibiles; Sequela; virtute sũt inclusæ in primis principiis. 4 Si egemus reuelatione, præsertim quia intellectus improportionatus obiecto; medium, per quod proportio fit, si naturale, adhuc improportio, si supernaturale, improportio cũ medio; ergo nullum obiectum est intellectui supernaturale. 5 Sensus naturaliter perceptiuus cujusuis sensibilis, ergo & intellectus cujusuis intelligibilis. Sequela, si natura non deficit sensibus, multo minus intellectui, qui perfectior est. 6. Multi hanc reuelationem non habuerunt, quomodo ergo credent? aut quomodo audient sine predicante? Rom. 11.

Ad 1. Circuunt totũ ens, quod naturaliter mouet, Deus voluntariè mouet. 2. Omne ẽs ad quod intellectus naturaliter inclinat; non quod naturaliter attigat: hoc enim quidditas rei sensibilis est. Totum ens, quoad communia, non propria. Ad 2 intellectus agens, & possibilis satis ex parte potentiæ, non obiecti, quod supernaturale est. Ad 3 in primo principio potentia, non virtute conclusiones inferiorum inclusæ. Cognitis primis principiis cognoscuntur inferiora confuse, non distinctè. Ais; terminos huius reuelatæ De' est trinus, distinctè cognoscimus; ergo. An tec. infidelis negat, fidelis affirmat, ergo naturaliter, & distinctè. ℞ percipit, quod negat non sua inuentione, sed relatione habita à fideli. Vel vt neget, satis sui spirito, vt affirmet, & credat necessaria reuelatio. Ais sub ratione entis continetur Trinitas, ergo. ℞ vt ens, cognoscibilis; vt hoc ens, ex reuelatione. Ad 4. habitu fidei eleuatur; nec improportio, quia in potẽtia obedientiali ad Deum, et naturaliter capax omnis formæ supernaturalis. Ad 5 intellectus ob dignitatẽ ordinatus ad perfectionem passiuè recipiendã, ad quã non

non potest actiuè. Ais, passiuo naturali debet respondere actiuum naturale. R. si agens ex necessitate naturæ, nō si liberè, et à proposito. Vel in tota latitudine entis, non in parte entis. Vel plus pati, quàm agere valemus Ad 6. facta est sufficiens Euangelij prædicatio; si quis in Syluis nil de fide Christi audisset, si quod in se est faceret, Deus per hominem illum doceret; vel mitteret Angelum, vt Cornelio; vel interius illuminaret; vel sine Sacramento posset eum saluare; hoc semper certo, sine culpa, ignorantia infidelitatis inuincibili neminē damnat: sed ob alia peccata; & Christi fides nulli deficit, qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit.

An Theologia Scholastica sit supernaturalis 2.

IN ordine ad omnem actum intellectus noster naturaliter perficitur, & ad omnem naturaliter inclinatur; supernaturalitas est ratione agentis, quia à Deo non naturaliter mouente, & quia circa obiectum sua natura supernaturale; quærimus nūc an discursus Theologici sint supernaturales.

Dico. esse supernaturalem Theologiam scholasticam. ita 3. dist. 25. q. 1. D. Probatur; ex 2. Petri 1. Habemus firmiorem propheticum sermonē; ex August. 14. Trinit. c. 1. Sacra Doctrina est habitus, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, roboratur, & defēditur; ergo defēsio ex fide, & reuelatione. 2 idē habit⁹, & lumē est, quo cognoscim⁹ principia, & articulos, & deducta ex articulis; ergo supernaturalis. Antec. idem obiectū sub eadem ratione mouet ad assensum. 3 conclusiones deductę ex articulis fidei non spectāt ad scientiam; ergo ad fidem. Antec. non maiorem habēt euidentiam, quàm principia. 4 ad omnem assensum Deus est agēs supernaturaliter motiuum, & supplet vicē obiecti supernaturalis; ergo omnis est supernaturalis. 5 ex vno articulo Apostolus alium deducit; ex resurrectione Christi communem resurrectionem probat; si Christus resurrexit, nos resurgemus. 6 si conclusio Theologica non excederet certitudinem naturalem, non esset cur Theologia diceretur necessaria?

Arguent Caiet. & Thomistæ 1. in notitia acquisita alius est habitus conclusionis, alius principiorum; ergo similiter in Theologia alius habitus cognoscendi articulos, alius deducta ex articulis. 2. conclusio sequitur debiliorem partem, ergo in mixtione vnius præmissę de fide, & alterius naturalis, vel probabilis; conclusio naturalis, aut probabilis. 3. in hoc discursu omnis homo est redemptus à Christo, Petrus est homo, ergo redemptus à Christo, minor ponit naturaliter Petrum sub homine, ergo naturalem certitudinem influit. 4. fides sine discursu, Theologia cum discursu, ergo non lumine fidei procedit; fides necessaria, nostra Theologia carent plurimi, ergo

5 fidei, & reuelationi non subest dubitatio, nostræ Theologiæ subsunt dubia, & lites, ergo.

Ad 1. In naturalibus alio habitu procedimus, quia alia, & alia euidentia; principia ex terminis, conclusiones ex principiis scimus; in creditis vno semper lumine reuelationis. Ad 2. ratio assentiendi conclusioni Theologicę sequitur ex pręmissa naturali non pura; sed vt ad mixtam habet propositionem reuelatam. Vel admittit dubietatem, pro vt miscetur cū præmissa naturali, & quo ad illud prædicatum, quod naturale est. Ad 3. certitudine naturali ponitur Petrus sub homine: sed diuina, posito Petro, concedimus esse redemptum. Ad 4. fides infusa, non acquisita; fides immediate à Deo per scripturam, non formaliter deducta à nobis. Ad 5. subsunt lites, quo ad ea prædicata, quæ ex naturalibus Theologiæ miscentur. Vel quo ad ea prædicata, quæ ex Theologia nostra industria deducuntur.

An Theologia sufficienter tradita in scriptura 3.

Hebræi nouum testamentū tollunt; Manichæi Vetus non ex Deo per Moysen datum putant; Saraceni ex vtroque pauca recipiunt; Hæretici suo sensu explicant; Pagani totum auferunt. Catholici Ecclesiæ consensu totum, vt verbum Dei reuerenter suscipiunt. Roborant scipturam, Prænunciatio Prophetica, Scripturarum concordia, Authoritas scribentium, Diligentia recipientium; Rationabilitas contentorum; Irrationabilitas errorum in aliis; Ecclesię stabilitas; Miraculorum claritas, Sanguis Martyrum, Testimonium ab iis, qui foris sunt; Bonitas Dei, quæ nulli deest.

Dico. Doctrina supernaturalis sufficienter reuelata in scriptura. 2. quest. Prologi. Probatur Isai. 34. Require diligenter in libro Domini, vnū non defuit, quia spiritus congregauit ea. Io. 10. scrutamini scripturas, quæ testimonium perhibet de me. Ratio; Ipsa tradit finem, & ostēdit media necessaria ad hunc finem, ergo omnia sufficienter. Antec. finis visio, & fruitio Dei; media præcepta; ergo cum hæc sint in scriptura, omnia quæ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.

Vrgent Hæretici; 1. doctrina necessaria numquam defuit, in lege naturæ non erat scriptura; in lege Moysi non tota, ergo. 2. scriptura non dictat superflua, nam vtitur ceremoniis, hystoriis, & metaphoris. 3. multa necessaria ad salutem dimittit. 4 tantum narrat, Theologia multa discurrit. 5 quæ sunt in scriptura fide credenda, nec admittunt rationē; Theologia admittit. 6 scrutator maiestatis opprimetur à gloria; ergo hæc theologia non congruit scripturæ. 7. scripturā explicant Theologi diuersimodè, ergo scipsa non satis.

Ad 1. lex naturæ paucis conten-

ten-

renta, memoriter ad filios per Patres aduenit, nam in naturalibus homines magis prædit, ideo modica doctrina inspirata satis; in lege Moysi tota figuraliter, & implicitè. Ad 2. ceremoniæ deuotionem augent, ad Dei cultum spectant, hystoriæ exempla sunt viuendi; Dei prouidentiam ostendunt. Ad 3. ex scripturis omnia sufficienter elici possunt; in dubijs pro anima. Ad 4. discursus prosunt ad fidei promotionem, confundunt aduersarios, fouent debiles, delectant perfectos. Ad 5. ratio præcedens assensum tollit meritum; non subsequens, & quæ confirmat; vtile enim est paratos esse rationem reddere de ea, quæ in nobis est, fide. Ad 6. perscrutatio curiosa ex nostro cerebro opprimit, studiosa prodest; si aliæ veritates rationibus probantur, cur non Theologicæ? si fides argumentis oppugnatur; cur non rationibus defenditur? si initio falsa miracula Magorum extincta per vera Sanctorum; cur falsa argumenta Hæreticorum, per vera Doctorum non reiicienda? Ais, possunt ne Ministri Dæmonum miracula edere? ℟. minime; nam ordinem naturæ nō excedunt; esto occultam causā habeant; miraculum supra cursum naturæ extat. Ad 7. varios sensus admittit, vt diuersa explicet, vt ex omnibus elicere possit, littera rem gestam ostendit. sensus Tropologicus circa mores, & opera. Allegoricus circa credenda in Ecclesia. Anagogicus circa speranda in altera vita. Sensus literæ non est figura, sed figuratum; non quem semper verba faciunt: sed quem intendit author; fecit potentiam in brachio suo; brachium, idest virtus operatiua Dei.

An obiectum Theologiæ sit Deus, vt Deus. 4.

SVbiectum habitus continet virtute veritates illius; omnes enim effectus virtute continentur in sua causa; veritates in scientia sunt effectus obiecti, & intellectus; ergo continentur virtute in obiecto. Obiectum causa adæquata habitus, ergo se extendit ad omnes veritates. Diuiditur in materiale, & formale; in rem consideratam, & modum considerandi; materiale, circa quod scientia versatur; formale, per quod veritates fiūt euidenter notæ. Theologia sumitur vel in se; vel vt in nobis. Veritates Theologicæ, vel necessariæ, Deus Trinus, Deus generat; vel contingentes, Deus creat, Deus est incarnatus.

Dico. Totius theologiæ obiectum adæquatum est Deus, vt Deus; ita 3. quest. Prologi. Prob. ex Aug. 8. de ciuit. Dei, est scientia de Deo. Ratio; subiectum continet virtute omnes veritates, Deus vt Deus sic; ergo. Minor; Nil aliud à Deo continet vt causa, quia nil prius est Deo; nec ad quod Deus habeat attributionem; nec vt effectus, quia nullus effectus demonstrat Deum esse trinum, Deum generare; quæ sunt primæ veritates, 2. Deus

2 Deus est, qui primo considetatur, & ad quem omnia referūtur. 3 Theologia de his, quæ solū diuino intellectui sunt naturaliter nota, ergo de obiecto solum intellectui diuino naturaliter noto, vt est Deus. 4. in nulla scientia traditur ita distincta notitia de Deo vt in hac. 5. suprema scientia est, ergo circa supremum obiectum vt est De⁹. Demum probatur de obiecto formali. Non est ratio entis infiniti, vt Henricus, quia hæc naturaliter potest attingi. Non sub ratione attributi bonitatis, vt Varro, quia hæc non est prima, quæ possit haberi de Deo, & quidditatiuè; bonitas non continet omnes veritates adæquatè: est enim vt posterior, & pullulans ex essentia, posterius non continet prius. Nec vt glorificator, & saluator, vt Egidius, nam hi respectus sunt ad extra, & rationis; respectus supponunt absolutum: per respectum non cognoscitur quid de Deo; ex absoluto, & respectu subiectum non esset per se vnum; Theologia non esset de Deo sub ratione necessaria. Deitas ergo, qua nulla est in Deo ratio prior; quæ non est naturaliter attingibilis; per quam, vt primam, & immediatissimam rationem omnia Deo conueniunt, est formale obiectum Theologiæ.

Argues 1. Forma simplex non est subiectum. Boet. 1. Trinit. 2. materia non coincidit cum efficiente, & fine 2. phys. 3 Subiectum habet principia, partes & passiones 1. post. his caret De⁹, qui est summè simplex 4 in sciētia practica non finis subiectum, sed id, cui finis acquiritur; vt in medicina non sanitas, sed homo, vel corpus sanabile; finis huius scientiæ acquiritur homini, ergo. 5 Henricus, quæuis Dei proprietas infinita est, ergo sub hac ratione Deus subiectum. 6. Varro, hæc scientia præparat ad fælicitatem, & ordinat ad finē; bonum, & finis idem, 2. met. ergo sub ratione bonitatis. 7. Egidius; finis Theologiæ salus, & gloria; omnia inquit Apost. vestra sunt; ergo vt Saluator.

Ad 1. simplex non subiectum inhæsionis, sed scientiæ, & cōsiderationis. Ais subiecto scientiæ insunt passiones; ℞. non quæ sint accidentia, & extra Deum, nec per informationem, sed per identitatem, & prædicationem. Ad 2. subiectum est materia circa quam, non ex qua. Ad 3. si non principia essendi, habet principia demonstrandi: Personæ, vt quasi partes; attributa vt quasi proprietates; non re extra essentiam sed tantū formaliter. vel vbi subiectum simplex est, & singularissimum, nec species nec accidentia; sed satis vt ad ipsum omnia. Ad 4. Deus est sibi ipsi primus finis; item acquiritur homini finis, propter Deum. Ad 5. infinitas non prima ratio in Deo, sed Deitas, cuius est infinitas. Ad 6. finit non pro respectu, & formalitate: sed pro fundamento, & ratione absoluta, vt est Deitas. Ad 7. illa est ratio respectiua, non absoluta.

Arguent Thomistæ; 1. Ratio

for-

formalis est, qua subiectum cognoscitur; sed sub lumine reuelationis cognoscitur Deus; ergo vt reuelatus obiectum 2. habens habitum, potest in quoduis subiecto; ergo si sub ratione Deitatis posset Deus comprehendi. 3. frustra obiectum est adæquatum scientiæ, nisi illi adæquari posset; ergo si Deitas ratio formalis, infinita possimus de Deo cognoscere. 4. ratio formalis qua subiectum est scibile, distincta est à ratione, qua res est; ergo si Deitate est subiectum; reuelatione cognoscitur. 5. ex Baccono; conceptus entis infiniti est perfectissimus, quem possumus habere de Deo in hoc statu. 6. ex Scoto, Deus sub ratione deitatis non mouet ad conceptus proprios Dei, etiam per fidem; ergo deitas non prima ratio. Antec. non pertingimus distinctè sub lumine fidei ad Deum. 7. veritates contingentes, non continẽtur in Deo virtualiter, nã quidditas Dei non facit præcise euidenter nota contingentia; ergo deitas non adæquata ratio.

Ad 1. reuelatio non est ratio obiectiua, & motiua intrinseca obiecto, sed extrinseca; vt lumẽ naturale est medium, per quod extrinsecè attingimus obiectum, sed non ratio obiecti. Ad 2. habens adæquatè habitum; in nobis non est perfectio totius Theologiæ. esto scias tres physicas cõclusiones, obiectum in illis idem, ac si omnes scires; vel ad obiectum satis vt sit scibile, non vt actu scias. Ad 3. adæquatur intellectui diuino. Satis vt per propriam rationem obiectiuam possit attingi. Ad 4. ratio qua obiectum est, scibile est; reuelatio est extrinseca. Ad 5. perfectissimus euidentia, non continentia; nos de obiecto continentiæ, & ratione omnium prima. Ad 6. scientia, quæ non habet euidẽtiam ex obiecto, non mouet quo ad conceptus distinctos. Als sub ea ratione subiectum, sub qua euidentius mouet, vt infinitas. ℞. sub qua mouet, sed nõ sub qua euidentius mouet; quia nostra Theologia non est euidẽs; Ad 7. vt contingentia non habent habitudinem necessariam cum obiecto, nec necessaria cõtinentia; satis ergo vt sit subiectum prædicationis eorum; Deus creat, Deus prædestinat. satis vt in eo prima ratio veritatis, creat, quia vult; saluat quia vult: vel continentia in virtute causæ indifferentis, & potentis illud determinatè, in Deitate per indifferentiam, in voluntate determinatè.

An Theologia sit omnium scibilium. 5.

ESsentia diuina est ratio diuino intellectui motiua cognoscendi omnia; vt enim est ratio omnibus essendi, ita & omnia cognoscendi. Beatis est ratio voluntariè mouens per claram visionem, viatoribus ratio obscure, & per fidem motiua.

Dico. In Deo est de omnibus, at non in Beatis, & viatoribus. 3. prol. 3. Prob. primũ. essẽtia Dei

est

2 Deus est, qui primo considetatur, & ad quem omnia referũtur. 3 Theologia de his, quæ solũ diuino intellectui sunt naturaliter nota, ergo de obiecto solum intellectui diuino naturaliter noto, vt est Deus. 4. in nulla scientia traditur ita distincta notitia de Deo vt in hac. 5. suprema scientia est, ergo circa supremum obiectum vt est De⁹. Demum probatur de obiecto formali. Non est ratio entis infiniti, vt Henricus, quia hæc naturaliter potest attingi. Non sub ratione attributi bonitatis, vt Varro, quia hæc non est prima, quæ possit haberi de Deo, & quidditatiuè; bonitas non continet omnes veritates adæquatè: est enim vt posterior, & pullulans ex essentia, posterius non continet prius. Nec vt glorificator, & saluator, vt Egidius, nam hi respectus sunt ad extra, & rationis; respectus supponunt absolutum: per respectum non cognoscitur quid de Deo; ex absoluto, & respectu subiectum non esset per se vnum; Theologia non esset de Deo sub ratione necessaria. Deitas ergo, qua nulla est in Deo ratio prior; quæ non est naturaliter attingibilis; per quam, vt primam, & immediatissimam rationem omnia Deo conueniunt, est formale obiectum Theologiæ.

Argues 1. Forma simplex non est subiectum. Boet. 1. Trinit. 2. materia non coincidit cum efficiente, & fine 2. phys. 3 Subiectum habet principia, partes & passiones 1. post. his caret De⁹, qui est summè simplex 4 in sciẽtia practica non finis subiectum, sed id, cui finis acquiritur; vt in medicina non sanitas. sed homo, vel corpus sanabile; finis huius scientiæ acquiritur homini, ergo. 5 Henricus, quæuis Dei proprietas infinita est, ergo sub hac ratione Deus subiectum. 6. Varro, hæc scientia præparat ad fælicitatem, & ordinat ad finẽ; bonum, & finis idem, 2. met. ergo sub ratione bonitatis. 7. Egidius; finis Theologiæ salus, & gloria; omnia inquit Apost. vestra sunt; ergo vt Saluator.

Ad 1. simplex non subiectum inhæsionis, sed scientiæ, & cõsiderationis. Ais subiecto scientiæ insunt passiones; ℞. non quæ sint accidentia, & extra Deum, nec per informationem, sed per identitatem, & prædicationem. Ad 2. subiectum est materia circa quam, non ex qua. Ad 3. si non principia essendi, habet principia demonstrandi: Personæ, vt quasi partes; attributa vt quasi proprietates; non re extra essentiam sed tantũ formaliter. vel vbi subiectum simplex est, & singularissimum, nec species nec accidentia; sed satis vt ad ipsum omnia. Ad 4. Deus est sibi ipsi primus finis; item acquiritur homini finis, propter Deum. Ad 5. infinitas non prima ratio in Deo, sed Deitas, cuius est infinitas. Ad 6. finit non pro respectu, & formalitate: sed pro fundamento, & ratione absoluta, vt est Deitas. Ad 7. illa est ratio respectiua, non absoluta.

Arguent Thomistæ; 1. Ratio for-

formalis est, qua subiectum cognoscitur; sed sub lumine reuelationis cognoscitur Deus; ergo vt reuelatus obiectum. 2. habens habitum, potest in quoduis subco; ergo si sub ratione Deitatis posset Deus compræhendi. 3. frustra obiectum est adæquatum scientiæ, nisi illi adæquari posset; ergo si Deitas ratio formalis, infinita possimus de Deo cognoscere. 4. ratio formalis qua subiectum est scibile, distincta est à ratione, qua res est; ergo si Deitate est subiectum; reuelatione cognoscitur. 5. ex Baccono; conceptus entis infiniti est perfectissimus, quem possumus habere de Deo in hoc statu. 6. ex Scoto, Deus sub ratione deitatis non mouet ad conceptus proprios Dei, etiam per fidem; ergo deitas non prima ratio. Antec. non pertingimus distinctè sub lumine fidei ad Deum. 7. veritates contingentes, non continẽtur in Deo virtualiter, nã quidditas Dei non facit præcise euidenter nota contingentia; ergo deitas non adæquata ratio.

Ad 1. reuelatio non est ratio obiectiua, & motiua intrinseca obiecto, sed extrinseca; vt lumẽ naturale est medium, per quod extrinsecè attingimus obiectum, sed non ratio obiecti. Ad 2. habens adæquatè habitum; in nobis non est perfectio totius Theologiæ. esto scias tres physicas cõclusiones, obiectum in illis idem, ac si omnes scires; vel ad obiectum satis vt sit scibile, non vt actu scias. Ad 3. adæquatur intellectui diuino. Satis vt per propriam rationem obiectiuam possit attingi. Ad 4. ratio qua obiectum est, scibile est; reuelatio est extrinseca. Ad 5. perfectissimus euidentia, non continentia, nos de obiecto continentiæ, & ratione omnium prima. Ad 6. scientia, quæ non habet euidẽtiam ex obiecto, non mouet quo ad conceptus distinctos. Alij sub ea ratione subiectum, sub qua euidentius mouet, vt infinitas. R. sub qua mouet, sed nõ sub qua euidentius mouet; quia nostra Theologia non est euidẽs. Ad 7. vt contingentia non habent habitudinem necessariam cum obiecto, nec necessaria cõtinentia; satis ergo vt sit subiectum prædicationis eorum; Deus creat, Deus prædestinat. satis vt in eo prima ratio veritatis, creat, quia vult; saluat quia vult: vel continentia in virtute causæ indifferentis, & potentis illud determinatè, in Deitate per indifferentiam, in voluntate determinatè.

An Theologia sit omnium scibilium. 5.

Essentia diuina est ratio diuino intellectui motiua cognoscendi omnia; vt enim est ratio omnibus essendi, ita & omnia cognoscendi. Beatis est ratio voluntariè mouens per claram visionem, viatoribus ratio obscure, & per fidem motiua.

Dico: In Deo est de omnibus, at non in Beatis, & viatoribus. 3. prol. 3. Prob. primũ. essẽtia Dei

est ratio cognoscendi omnia divino intellectui, ergo de omnibus. 2. est causa omnium vt sint; vel possint esse addita voluntate, ergo causa omnium, vt cognoscantur. 3 est exemplar virtuale, & formale omnium, ergo distinctè est omnium. 2. probatur, visio Beatorum ex Deo obiectiuè, & voluntariè mouente; ergo de tot, quot De⁹ vult. 2. intellectus Beatorum finitus, & inadæquatus Deo est; ergo de omnibus non est. Item, nostra Theologia habet terminũ ex Deo reuelante per fidem; & de his, quæ ex scriptura deduci possunt; & si quis apposuerit ad hæc, apponet ei Deus plagas; Apoc. 15.

Arguet Henricus; Res creatæ habent distinctam entitatem à Deo; ergo & scibilitatem, ergo non tantum virtute essentiæ, sed propria ratione scibiles. 2. Deus non est formaliter omnia, ergo non ratio cognoscendi omnia. 3. Si de omnibus ergo Deus formaliter physicus, medicus, moralis.

Ad 1. in seipsis, non in Deo, vbi vna simplex entitas, quæ est ratio cognoscendi omnia? Vel scientia Dei non est à rebus, sed causa rerum.

Ad 2 formaliter tamen est causa omnium, virtus omnium, & in eo perfectio omnium. Ad 3. ab obiecto primo. & ab vnitate actus vnitas scientiæ in Deo, quæ est eminenter omnium.

Argues cõtra 2. partem; Quid est quod beati nõ videant, dum videntem omnia vident? Greg. 4. dialog. ergo de omnibus. 2. anima Christi cognoscit omnia, vt Verbum, ergo. 3. omnia dicunt respectum ad Deum creantem, conseruantem, prouidentem; nostra de Deo, ergo de omnibus.

Ad 1. vident omnia æquiualenter, nam Deum, cuius visio æquiualet omnibus. omnia quæ ad statum cuiusque spectant. omnia, quia omne desiderium explent. Ad 2. Anima Christi est vnita Deo; si omnium non actu, sed habitu, non vnica visione, & simul, sed distinctis, & successiuè. Ad 3. quo ad aliquos respectus dependentiæ à Deo, non vt res distinctæ, & extra Deum, vel de causa omnium, non omnium.

An Theologia sit scientia. 6.

Scientia ex 1. post. notitia certa, de re necessaria, à causa euidente, & per discursum. Hinc opinio non est certa; contingens non est scibile; fides nõ euidens; principia, quæ sine discursu, ex terminis euidentia, non scita. Discursus non est per se conditio scientiæ, sed imperfectæ; ex parte scientiæ, quia effectus æquiuocus; & ex parte scientis, qui procedit à noto ad ignotum.

Dico. Theologia in se est vere scientia, at non in nobis. 3. prologi. Primum ex psal. mirabilis facta est scientia tua ex me. ex Apost. Altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. Ratio; Per se scientia est notitia certa

certa, de re necessaria, euidente, & attingit causam; hæc omnia in scientia Dei, ergo. Discursus non est conditio per se, sed imperfectæ scientiæ, ex parte actus, quia effectus causatus; ex parte potentiæ, quæ scit vnum per aliud, & post aliud. 2 si Deus non scit per causam, scit simul effectum esse per causam; si non pluralitate actuum, vnico, & simplicissimo actu. Beati si non sciunt hoc post hoc; sciunt hoc per hoc, & discurrunt discursu naturæ, non temporis. 2. Prob. Per fidem ambulamus; videmus per speculum in enigmate, ex Apost; ergo non scientificè. item scientia per se euidens, nostra ineuidens, & obscura.

Argues contra primum; in se caret discursu. 2 non est notitia causata. 3 est multorum contingentium, & singularium. 4 scientia est per causam, Deus non habet causam. Ad 1 perfectio discursus in Deo, scit enim causam, & effectum; & effectum esse ex causa; non imperfectio, multiplicitas actuum, successio, & potentialitas. Ad 2 vbi scientia est accidens, & inhæret; non vbi est ipsa Deimet substantia. Ad 3 contingentia, & singularia non sunt scita à Deo cum mutatione, sed certo, & infallibiliter. Ais; variabilia sunt. ℟ varietas est immutabiliter scita; vel ex parte obiecti, non actus. Ais implicat mutabile esse scitum immutabiliter. ℟ scientia, quæ est ab obiectis. vel Deus scit causam necessariam omnis contingentiæ, & varietatis. Vel scit mutabile, actu immutabili. Ad 4 scientia causata, & per discursum, non scientia primi entis, quæ est omnium causa; in Deo est scientia causæ, non per causam.

Argues contra 2. Hierony. ad Paulin. Discamus in terris, quorum scientia perseuerat in cælis. 2 Theologia nostra est habitus cóclusionum, nõ principiorum, ergo scientia. 3 est euidens, si non nobis, saltem in se, & in scientia beata. 4 quæ per fidem sciuntur, firmius, ac certius, quam quæ per euidentiam, ergo perfectio euidentiæ, non deest.

Ad 1 perseuerat sublata imperfectione ineuidentiæ. quo ad res scitas, non quo ad modum sciendi. Ad 2 habitus conclusionum non ex euidentia principiorum; sed testimonio extrinseco Dei reuelantis. Ad 3 cui est scientia debet esse euidens. Ais metaphysica procedit sæpe ex euidentibus in se. ℟ in processu saltem quia, ex nobis euidentibus; at nostra Theologia reuelata. Ad 4 non quæuis certitudo, & firmitas facit sciẽtiam: sed quæ ex obiecti euidentia. Ais eadem est in se, & in nobis, ergo vtraque scientia. ℟ eadem, ratione obiecti, non actus; scientia est actus obiecti, non obiectum.

An nostra Theologia sit subalterna scientiæ Dei, & Beatæ. 7.

SVbalternatio est subordinatio vnius scientiæ ad aliam. Tunc est, cum subiectum vnius est sub obiecto alterius, addita accidentali differentia, Musica de numero sonoro sub Arithmetica, quæ

de numero; cum conclusiones vnius sunt principia alterius, vbi desinit superior, incipit inferior; & cum finis vnius practicè dirigitur ad finem alterius, ars frenifactiua ordinata ad equestrem 1.ethic.

Dico. Nostra Theologia non est subalterna scientiæ Dei, & Beatę. ita 3.prologi.& 3 d.24.q 1.Prob. subalterna est euidens ex principiis subalternantis, nostra non est euidens, sed ex creditis, ergo. 2 Nostra, & Dei circa idem obiectum Deum, sub eadem ratione, qua virtualiter continet vt Deus; subalterna, & subalternata, non est de eodem. 3 subalterna, & subalternata non de eisdem principiis, & conclusionibus; nostra & Dei circa idem. 4 habens subalternatam potest habere subalternantem; cũ musica stat Arithmetica, cum nostra non stat scientia beata; cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, 1. cor 11. 5 nostra, & Beata non differũt essentialiter, solum perfectione, & imperfectione.

Arguent Thomistæ. Ad subalternationem satis, vt principia vnius sint euidentia in alia; principia nostræ theologiæ euidenter nota in scientia Dei, & Beata. 2 omnia scibilia perfectius euidẽtia sunt in Verbo, quam in seipsis; ergo visioni Verbi omnis scientia subalterna. 3 Hęc credit principiis subalternãtis. Musica est ex notis in arithmetica; prospectiua ex notis in geometria, ergo & nostra quæ est ex notis in scientia Dei, & beata. 4 subiectum addit accidentale, puta Deum reuelatum. 5 nostra practicè est ordinata ad scientiam Beatam.

Ad 1 scientia Dei, & beata non dat nostræ Theologiæ euidentiam; vnde si nota in se, nobis tamen credita. Ad 2 scientia in Verbo non causat euidentiam principiorum nostræ theologiæ. Ad 3 non tantum credit: sed est causa cognitionis, & euidentiæ subalternatæ; & per eam demonstrat. nostra nullam habet euidẽtiam ex scientia beata Item subalterna non scitur ex eo quod principia sunt credita: sed quia nouit experientia. Ad 4 reuelatio est accidens extrinsecum obiecto; non constituens illud. Ad 5 sicut imperfecta, & obscura ad claram, & euidentem, non sicut ad habitum subalternantem, Nec est differentia formalis faciens diuersitatem subiecti, & scientiæ.

An Theologia sit practica, aut speculatiua. 8.

NOtitia speculatiua est gratia sui, non alterius, cuius sit regula; practica gratia operis, & praxis, quam regulat, 6 met. Praxis est actus alterius potentiæ, quam intellectus, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt sit rectus. Actus alter ab intellectu: nam praxis est extra intellectum, & in actibus intellectus nulla praxis; quia nihil sui met regula. In discursu, posterior actus intellect⁹ dirigitur quidẽ notitia priori, non tamen est praxis, quia non posterior intellectione. nec actus

sen-

sensus sunt practici, quia priores, & communes brutis. in nobis tamen vt regulati per voluntatem practici dici possunt; nam praxis est actus voluntatis elicitus, vel imperatus; Natus elici conformiter rectæ rationi; nam electio recta ratione recta indiget. Practica scientia duplicem ad praxim dicit respectum; prioritatis, & conformitatis: nam ordine essentiali praxis est posterior, & conformis rectæ rationi, respectus non est actualis, sed aptitudinalis, secus habens scientiam practicam, & non operans non esset sciens.

Practicum, & speculatiuum non sunt differentiæ essentiales scientiæ: nam respectus non de intrinseco cōceptu absoluti; sunt tamen intrinsecæ proprietates scientiæ in communi, quæ circumscribūt differentias essentiales scientiæ; est ergo diuisio per proprietates specierum, vt numeri in parem & imparem: animalis in insēbile, & non sēsibile. Intrinsecè scientia est practica à sua ratione formali; effectiuè, & causaliter ab obiecto operabili, à quo habet effectiuè entitatem, & conformitatem; nam ab obiecto mēsuratur, & specificatur notitia; à fine verò, & praxi tantum manifestatiuè, & à posteriori notitia dicitur practica: nam praxis est finis effectus, & terminus respectu prioritatis, & conformitatis. Scientia igitur practica prior, & regula cui nata est esse conformis praxis; speculatiua quæ neque est ordinata ad opus, nec directiua illius.

Dico. Theologia in Deo tota speculatiua; in nobis, & Beatis tota practica. 4. prologi, & q. 31. collat. Probatur primum. notitia Dei in se non dicit respectum ad praxim; ergo practica non est. Antec. in se est absoluta, in vltima actualitate, non ordinabilis. 2 notitia directiua non est, ergo practica non est. Anteced. in Deo potentia dirigibilis non est; ergo nec notitia directiua erit; directiuum enim, & dirigibile intrinsecum ordinem dicunt. 3 si actus intellectus sit naturaliter prior, & actus voluntatis illi conformis, id tamē non ex directione intellectus; quia nil intrinsecè in Deo dirigi, & regulari potest; seipso est prima regula. 4 scientia in Deo, vel circa necessaria ad intra; vel ad possibilia, & contingentia; nullo modo adest ratio praxis; ergo. Minor; nulla potentia in Deo regula respectu alterius; nullum opus regulat aliud; quoduis infinitè perfectum; ergo quo ad necessaria non est ratio praxis. Possibilium notitia non dirigit, quia indifferens; secus voluntas non maneret libera; Futurorum notitia est post decretum, ergo non prior praxi. Tandem notitia quæuis in Deo est gratia sui.

Arguent contra hanc primam partem. 1 notitia in Deo est prior actu voluntatis; & cui voluntas se conformat, ergo verè practica. Antec. sic Deus se diligit, vt cognoscit. sequela; notitia practica, & prior est, & cui praxis est conformis. 2 notitia practica est prior & sui natura directiua, ergo si voluntas non est dirigibilis, non tollitur ratio scientiæ practicæ.

Sequelas posterius non tollit rationem prioris. 3 respectus est aptitudinalis ad praxim regulandam; ergo satis vt virtute sit regulatiua. 4 Voluntas in Deo potentia indifferens, & ad contradictoria, vt prior actu volendi ad extra, ergo exigit extrinsecum determinans. 5 Ideæ in Deo sunt rationes æternæ, secundum quas formatur omne formabile, August. l. 83. quæst. ergo notitia Dei possibilium practica.

Ad 1 voluntas est conformis, non vi directionis, & regulæ: sed sua perfectione. Ad 2 prius quod intrinsecè importat respectum, non est sine termino; notitia practica sine directione, & regula non est. Ad 3 nec actu, nec virtute regulatiua, & directiua respectu suæ voluntatis. Ad 4 ad extra indifferens actiuè, non passiuè, quasi ab alio determinetur. Ad 5 Ideæ possibilium ostendũt, non dirigunt; & sunt indifferentes; vt determinatæ, & futurorũ sunt post decretum, nec dirigũt. Ais, finis intellectus practici est bonum conformiter se habens appetitui recto 6. ethic c. 3. sed notitia Dei est conformis voluntati, ergo. Item ad notitiam practicam satis vt eius finis sit opus 2 met. finis notitiæ in Deo est amor. Ad 1 est effectus quidem intellectus practici conformitas: sed quæ à regulante, & dirigente; voluntas Dei seipsa est regula. Ad 2 Amor extra cognitionem, à qua vt à regula, non pendet; sed naturali necessitudine se inuicem comitantur. Ais quid obstaret, Deum sui ipsius esse regulam. ℞ vnus actus in Deo alio perfectior esset.

2. Pars probatur. cognitio beata est sui natura dictatiua, & regulatiua; voluntas comparatione illius, potentia libera est, & regulabilis; ergo vere practica. 2 voluntas Beati, quantum ex se libera, & intrinsecè defectibilis: sed extrinsecè, quia in bono firmata, quia visio Dei determinat; quia Deus non concurrit ad actũ oppositum, obliqua esse non potest, ergo verè practica. 3 Visio beata prior, dirigit; voluntas dirigibilis, ergo nil deest. De Theologia viatorum patet; Finis legis dilectio, Roman. 13. 2 per fidem viator cognoscit Deum finem super omnia diligendum. 3 fides ordinata ad Dei visionem claram & amorem. 4 theologia nõ propter scire, quia inevidens, ergo propter opus.

Arguent Vasquez, Suarez, & plures Thomistæ. 1 Beati non possunt errare circa vltimum finem, ergo non egent regula. 2 felicitas est in speculatione substantiarum separatarum, 10. ethic. ergo non ordinata ad dilectionẽ. 3 cognitio practica ex Scoto ab obiecto, non a fine; ergo Deus esset obiectum tantum practicũ, non speculabile; & Metaphysica de Deo esset practica. 4 nostra pro vt respicit contingentia, non habet determinatam rectitudinem directiuam praxis; nam hæc indifferentia sunt. 5 speculatiua gratia sui, nobilior practica gratia alterius, nulla scientia nobilior ista.

Ad 1 voluntas Beati, quia intrinsecè libera, & natura defecti-

bilis

bilis posset errare; extrinsecè, & Dei concursu numquam. vel nō errant, quia notitia Dei determinat, & regulat. Ad 2 Arist. ignarus finis supernaturaliter dilecti; amor finis credendus, nam actus libere elicitus: sed voluntas naturaliter propensa. vel rectitudine naturali elicitiua sui actus. Ad 3 Deus in Theologia non vt obiectum speculabile: sed vt vltimu finis, & de his quæ ad Deum spectant; & ad Deum dirigunt. Ad 4 contingentia nobis proponuntur, vt determinate credibilia. si in se non sunt determinata, à diuina voluntate habent determinatam rectitudinem, & veritatem directiuam praxis. Ad 5 nobilior, illa practica, quæ est eorum, quæ sunt ad finem; sed non quæ est circa vltimum finem, vt theologia.

Arguent Alii. Henricus; est præcise speculatiua; quia directiuum vbi contingit error; in theologia nullus error. quia ex creditis. 2 Egidius, est affectiua, finis vltimus denominat scientiam, huius finis dilectio. quæ afficit, ergo affectiua 3 Thomistæ est simul practica, & speculatiua; Deus obiectum continet veritates practicas & speculatiuas. 4 Ariminus: Praxis est formaliter directiua, notitia huius Deus generat. non formaliter dirigit, ergo. 5 Deus in se obiectum speculabile, ergo nulli obiectum practicum. Sequela; cui per se vnum oppositorum conuenit; ei per se, & per accidens repugnat aliud.

Ad 1 ideo circa Deum non erramus, quia lumine reuelationis dirigimur; hinc cognitio directiua. Ad 2 dilectio praxis est, ad quem dirigit theologia. Ad 3 practicum, & speculatiuum continent rationes oppositas, esse gratia sui, & non sui; dirigere, & non dirigere; ideo theologia tota practica, quia de Deo vt fine, & mediis ad ipsum; & cognitio ordinata ad amorem. Ad 4 virtute dirigit, cognitio dilectionis finis formaliter, vnde ad notitiam practicam satis immediate, vel mediate dirigere; formaliter, vel virtute. Ad 5 speculatiuum ex obiecto, & practicum ex obiecto opponuntur; sed speculatiuum ex obiecto, & practicum ex voluntate determinante non; Deus obiectum in se speculabile; nobis est voluntariè practicum, vult cognosci, vt ametur, & fruatur.

An Theologia sit sapientia, & omnium dignissima. 9.

SApientia 1. met. est habitus certissimus, circa altissimas causas, euidens, cōpræhendens omnem perfectionem, gratia sui, & omnibus præest. hæ namque cōditiones sunt sapientis; scit omnia, difficilia, certo, primas causas, propter se, omnibus præest.

Dico. Theologia in se maxime omnium sapientia; nobis impropriè. Primum probatur; est circa omnia tam necessaria, quam cōtingentia, est euidens, & certa, circa supremam causam, gratia sui, & omnium dignissima; quia diuina ratione causam altissimā totius vniuersi considerat. Secundum probatur, nostra nec de omnibus,

nibus, nec euidens, nec gratia sui, quia practica; ergo non proprie sapientia.

Argues; sapientia, & scientia habitus distincti; ergo si in se scientia, non sapientia. 2 sapientia, quasi sapida scientia; nostra ordinata ad gustum vitæ æternæ. 3 nostra superat certitudinem toti' euidentiæ naturalis, & circa primam causam. Ad 1 in nobis vbi per discursum, non in Deo vbi vnus actus sapientiæ, & scientiæ. vel scientia, quæ circa primas causas non est distincta à sapientia: sed scientia in genere. Ad 2 nostra late sapientia pro vt suo modo Deum sapit. Ad 3 non omnis certitudo facit ad plenitudinem sapientiæ: sed quæ ex euidentia, qua caret viator.

Dico 2 nostra theologia omnium dignissima. Probatur; vna scientia altera dignior, vel certitudine modi procedendi, vt mathematica; vel dignitate subiecti, vt scientia de anima in physica; vel nobilitate finis, politica respectu œconomici; nostra superat certitudine, quia ex reuelatione Dei infallibili; aliæ in lumine naturæ, quod potest falli. de nobilissimo obiecto, quia de Deo; & ordinata ad dignissimum finem.

Argues; modus procedendi per demonstrationem nobilior; nostra potius ex authoritate. 2 circa articulos fidei, qui sunt obscuri, & admittunt paruos motus formidinis. 3 speculatiua, quæ gratia sui dignior hac, quæ practica, & gratia alterius. Ad 1 locus ab authoritate humana infimus; à diuina supremus. Ad 2 dubitatio ex nostra imbecillitate, non ex materiæ incertitudine. Lumini naturæ potest subesse falsũ, saltim ex parte actus nostri, si non in se: at non reuelationi. Ad 3 dignior ea, quæ est gratia alterius inferioris se; nostra theologia gratia vltimi finis.

An theologia sit vnus habitus. 10.

Habitus vnus, vel intrinsece, & formaliter, vel extrinsecè, & obiectiuè.

Dico. Theologia in se, formaliter, & intrinsecè vnus; nostra extrinsecè tantum & obiectiue. 3. dist. 25. q 3. Probatur, in se est vnus simplex actus, quo Deus se, & omnia cognoscit, & circa vnũ obiectum, sub vna ratione motiua Secundum prob. nostra, nec vnus actus simpliciter, nec vnus habitus formaliter; sed aggregatus ex tot actibus, & habitibus, quot conclusiones deductæ, ergo non intrinsecè vnus. Rursus de vno obiecto, Deus; & per vnam rationem formalem propter quã assentimur, quæ est reuelatio, ergo intrinsecè vnus; ab vna enim reuelatione omnia fiunt nota.

Argues contra primum. in se continet veritates tum contingentes, tum necessarias; quæ nullam possunt habere vnitatem. Rx non vnitatem cum seipsis, & si essent extra Deum: sed in Deo, ob vnum actum, ob vnam essentiam, quæ mouet, summam vnitatem habent.

Argues contra 2 reuelatio extrinseca est obiecto scibili, ergo non facit ad vnitatem 2 ratio formalis

malis scientiæ non est rationis, vt reuelatio. 3 saltem in Beatis theologia intrinsecè vna; quia vnico actu vident. 4 Si Deus reuelet physicam, & metaphysicam, ob reuelationem vnam, scientia non est vna. 5 diuersa obiecta complexa reuelata in theologia 6 cõclusiones habent euidentem deductionem ex reuelatis, ergo habitus theologicus non vnus ob reuelationem. Ad 1 est extrinseca obiecto, non scientiæ obiecti; supplet enim euidentiam. Ad 2 in Deo respectus rationis; in nobis entitas realis infusa, quæ producit in esse cognito veritates theologicas. Ad 3 discurrunt si non per tempus, tamen ordine naturæ; per causam enim vident effectus. Ad 4 reuelatio non faceret assensum, sed propria euidentia; in casu simplex reuelatio præbet assensum. Ad 5 diuersa, sed relata ad vnum Deum principiũ, & finem omnium vel faciunt distinctos habitus formaliter, non obiectiuè, quia sub vna ratione motiua ad assensum. Ad 6 est euidens deductio, non euidentia rei deductæ; vel deductioni non credit, quia euidenti; sed motiuo reuelationis.

DE ESSE DEI.

TITVLVS I.

An Deum esse sit per se notum. 1.

PRopositio per se nota, quæ est euidens ex terminis, vt sunt eius. Deus à nobis non concipitur sub terminis, quibus immediatissimè in se est: sed sub terminis quibus à nobis cõfusè cognoscitur, & ex creatis deduci possunt, vt ens infinitum, summum bonum, necessariũ, independens.

Dico. Deum esse est per se notũ sed q̃ nos cõcipimus, nõ sũt per se nota 1.d.2.q 2.Report.d.3.q.2. Probatur primum Deus est propositio immediatissima, qua nulla prior. 2 prædicatum non est extra rationem formalem subiecti. 3 est euidens ex terminis, qui nati sunt causare euidentem veritatem, apud intellectum, qui illos perfectè appræhendit. 4 ex nulla alia propositione priori nata est fieri euidens. Secundũ probatur. Terminos cognoscimus in communi; non vt sunt huius Deus est. Antec. vt ens infinitum, summũ bonum, necessarium, independens; ergo non immediatissimè. 2 ex creaturis esse Dei deducitur; ergo non ex se euidens nobis. 3 id vt per se notum non concipitur, cuius termini immediatè nõ sub sẽsu. 4 nil per se notũ de conceptu non simpliciter simplici; nisi per se notum sit partes illius cõceptus inuicem vniri; sed nullus conceptus, quem habemus de Deo proprium, est simpliciter simplex; & partes vniri non est euidenter notum; ergo Deum esse vt à nobis concipitur non est per se notum; Maior, prædicatum non euidenter inest, nisi constet prius partes subiecti posse vniri. Minor; non est per se euidens infinitum esse a parte rei, summum bonum esse; ergo nec Deus vt à nobis concipitur. 5 contrarium

in-

insipiens potuit cogitare; Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Argues contra primam partem ex Scoto, propositio per se nota cuilibet intellectui ex terminis cognitis fit per se nota; ergo si Deus est, per se nota, etiam vt à nobis cognoscitur. 2 Scotus arguit Thomam, ex eo, qui asserit esse per se notum in se, non nobis; nam per se notum, semper per se notum. 3 per se notum in se, nequit negari. insipiens dixit in corde non est Deus. 4 nulla ratio primo diuersa includit commune per se primo modo; Deitas ratio diuersa ab aliis; ergo non includit per se esse, quod est commune cum aliis. 5 propositio, quæ non est per se nota ei, qui potest vti ratione, non est per se nota; sed hæc Deus est sit cognita ex causa extrinseca, & per reuelationem ergo non per se nota.

Ad 1. termini huius Deus est, vt huius, non sunt cogniti pro hoc statu, sed ex sensibilibus; ideo per se nota, esto non cognoscatur. Ad 2 Thomas eodem conceptu dicit per se notam in se, & non in nobis pro vt in se est; Scotus alio conceptu negat, prout à nobis attingitur. Ad 3 negat, quia non concipit terminos vt sunt eius. Insipiens dicit, nō est De⁹, qui requirat, nō absolutè. Vel negat, quia insipiens Ad 4 si esset commune in re, & in essendo; esse est commune Deo, & creatis per indifferentiam conceptus obiectiui, non entitate reali, vel commune est esse, vt præscindit ab esse per essentiam; & participationem. Vel deitas est ratio primo diuersa ab esse recepto. Ad 5 si termini, vt in se, essent euidentes nobis, vel termini, vt sunt, idem sunt: at in nobis non vt sunt, sed vt prima causa, vltimus finis, prima veritas.

Argues contra 2 partem. Damasc.l.1.cap.3. hoc quod est Deū esse, nobis est naturaliter insitum. 2 propositio per se nota euidens ex terminis confusè cognitis; terminos huius Deus est, possumus confusè naturaliter habere. 3 veritatem esse per se notum, Deus veritas, ergo. Maior, infertur ex opposita; veritas non est, ergo verum, quod non sit, ergo veritas est. 4 hæc per se nota, necesse esse est; Deus necessè est esse, ergo per se nota. Maior, oppositum prędicati repugnat subiecto; si non est, ergo non est necesse esse. 5 Deus, quo maius cogitari nequit; hoc euidens est esse; ergo. Minor, si posset cogitari non esset, quo maius cogitari nequit. Si summum ens non esset, summum non esset. Ad 1 Damasc. non de esse Dei pro vt in se, & immediatissime cognosci potest: sed vt ex creaturis facilè discursu deduci. vel pro actu primo, & potentia cognitiua; non pro actu secundo, & actuali notitia. Ad 2 ex terminis confusè, quia nō necessaria distincta notitia, necessaria tamen perfecta notitia terminorum pro vt sunt in se. Vel non necessaria notitia, quæ est per definitionem, necessaria tamen, quæ ex propriis, & immediatis; quæ nos de Deo, immediatissima non sunt. Ad 3 veritatem esse in com-

communi per se notum; Deus est hæc veritas; hinc à se superiori ad inferius affirmando. Vel si veritas nèc in re, nec in intellectu; sequitur non est verum, veritatem esse; non sequitur verum est, veritatẽ non esse, in vna enim duæ causæ negationis; in alia affirmat vna negatio. Ad 4 cui est per se notum partes subiecti simul vniri, & dari in re. Vel illi est euidens repugnare subiecto oppositum prædicati, cui est euidens subiectum esse. Ais si nō est euidens dari necesse; ergo necesse, non est ℞ sequitur; ergo euidens non est, dari necesse; negatio cadit supra esse, non supra oppositum prædicati. Ad 5 non est per se notum, id quo maius cogitari nequit dari; posset id, vt fictum proteru' cogitare; substantiam spiritualem summam dari, non per se euidens. Ais Deũ esse venerandum per se notum. ℞. cognoscenti iã esse Vel quia ex effectibus negari non potest. vel communis est animi conceptio. Ais hac Deus est nulla prior; ergo; euidentior. ℞. in se; sed vt à nobis. non est immediat' simpliciter simplex; nec euidens, nec conceptũ proprium eius esse quod Deus est habemus, nisi fide.

An esse, & existere sit quidditas Dei. 2.

PRima entitas, quæ Deus est, seipsa actu existit, non cum potentia ad esse; quia non esset prima; hinc esse Dei est per essentiam; non actus, & perfectio essẽtiæ vt in creaturis, quæ sua natura non sunt determinatæ ad esse; sed in potentia, & habent esse participatum.

Dico. esse, & existere Dei, est quidditas Dei. ita quodl. 1. Probatur Exodi 3. Ego sum qui sum; ergo natura Dei est esse. 2 esse Dei non est causatum ab essentia, quia nil producit suum esse; nèc ab alio, quia Deus prima causa; nec actus extra essentiam, quia nō in potentia ad esse; nec Deus sua essentia esset; sed ens per participationem. 3 prima ratio essendi, & existendi non est ab alio, nec à se positiue, quia nil sui causa; tantum negatiue, quia non ab alio; ergo se ipsa est, & formalissime existit. 4 esse dicitur in primo modo de Deo; ergo formaliter, & quidditatiuè. Antec. esse dicitur ẽt de Deo abstractè; Deitas est; hæc non nisi in primo modo; ergo De' est suum esse 5 esse Dei, nèc re, nec ratione extra essentiam Dei; ergo de quidditate; Anteced. nec esse nèc concipi potest prius in ratione essendi, quàm in ratione existendi, ergo seipso existit. 6 in re creata, quæ ex se non existit, essentia concipitur vt prior, & capax actus existendi, & ab aliquo agente determinatur ad esse: sed Deus seipso determinatur ad actu esse; ergo de quidditate. 7 esse in creatura est secundum modum, in Deo est quid. 8 Deus necesse esse, purus actus, seipso est, essentia nec re, nec ratio prior, quam sit.

Arguent Maironius, & Trombetta. In hoc quod est existere, Deus, & creatura conueniunt; in nobis non de quidditate, ergo nèc in Deo. 2 quod aduenit rei, &

non variat rem, modus est; existẽtia non variat essentiam, ergo modus. 3 in suis rationibus formalibus non se formaliter includunt, ergo nec in Deo. Anteced. essentia sua ratione formalissima non est existentia. 4 non possemus de Deo scire essentiam absq; existentia, quod est falsum; nam scientia abstrahit ab existentia. 5 si idem, ergo vt tres personæ existentes in Deo, ita tres essentiæ. 6 essentia, & esse velut abstractũ, & concretum, sed hoc dicit plus, ergo. 7 eadem ratione attributa de quidditate Dei, quia Deus formalissimè est sapiens. subsistentia relatiua de quidditate, qua formalissimè subsistit. 8 eadem ratione, sapientia, intellectus, attributa omnia includerent quidditatiuè esse, quia eiusdem rationis formalis.

Ad 1 conueniunt in conceptu obiectiuo præciso; non in realitate à parte rei; in conceptu existentiæ, non in modo existendi. Deus seipso est ens per essentiam, determinat sibi esse. vel si cõceptus existentiæ sit neuter; non tamen vbi est concipitur neuter: sed in Deo per essentiam, in nobis per participationem. Ad 2 existere non aduenit Deo, nec resultat; nec prius habet essentiam, in quo non habeat esse; essentia creata ex se non existit, ideo concipitur vt prior, & capax actus existendi, qui resultat per actionem agentis, vt modus. Ad 3 in suis rationibus prescindunt ab inclusione, & non inclusione; vt animal à rationalitate, & non. vel si inadequatè non se includunt, pro vt creaturæ; se includunt pro vt Dei. Ad 4 scientia eius, cuius essentia non necessario est, abstrahit; in Deo essentia est esse, & necessario est. Ad 5 personæ tres existentiæ, & subsistentiæ tantum relatiuæ, hic de existentia absoluta, qua Deus est. Ad 6 concretũ, & abstractum in Deo, non per aliquid in re, vt in creatis: sed nostro tantum conceptu; quicquid enim in Deo est actualissime est, amplius determinabile non est. Ad 7 attributa non sunt esse Dei formalissime: sed perfectiones, quę emanãt ab esse; non per inhæsionem: sed fœcunditate infiniti esse. Ad id essentia formalissimè subsistit absolutè; relatiue subsistunt personæ, ideo de essentia personæ. Ad 8 esse attributi non est esse primum, nisi identicè; nec omnia attributa eiusdem rationis formalis.

Ad possit demonstrari Deum esse. 3.

Loquimur tam de Deo vt in se est; quàm vt à nobis concipitur. prima causa, mouens primũ, ens infinitum, omnipotens.

Dico. Vt est in se, nec à priori, nec à posteriori potest demonstrari; Vt ens primum, causa prima, & infinita, si non propter quid, potest demonstrari perquia. Prima pars ex 1.d.3.q. 1.5. 9. 2. D. quodl. 14. art. 1. prolog. q. Probatur. In se lucem habitat inaccessibilem. 2 Deum esse est per se notum, immediatum, ex se euidens, ergo non est medium, quo demõstretur. sequela; nõ euidens ex terminis

minis demonstratur per medium ex terminis euidens, siue sit causa, siue sit effectus. 3 prædicatum nō est extra essentiam subiecti; ergo non adest medium, per quod probetur; nec est effectus in creatis qui euidenter Deum in tribus deducat, ergo nèc quia. 4 Deo, & Beatis id est euidens, nobis est ineuidens, & reuelatum, ergo nulli per demonstrationem.

2. Pars ex 1.d.2.qu.1.d. 42. qu. 1. quodl.7. Probatur, Sap.1. à magnitudine speciei, & creaturæ potest creator horum videri. 2 euidens est dari primum efficiens, primum omnium finem, & primum entitate supereminens, ergo id est infinitum. Antec. omne quod fit, ab alio fit, & non ab alio, & alio in infinitum, ergo à primo. Omnia agunt propter finem, ergo primus finis est, qui nec virtute alterius finiat, nèc vlterius ordinetur ad aliud. Item, si incausabilis, infinibilis, & supereminens, infinitus est; secus nèc omnia ab ipso, nèc propter ipsum; nèc super omnia ipse. 2 finitas, & limitatio carentiam perfectionis dicit; ergo ab ente perfectissime, & supremo amouenda. 3 omnia finita effectus sunt, & non à se; ergo prima causa omnium, quæ à se, infinita est. 4 quocumque finito dato semper voluntas appetit aliud; ergo infinitum ens datur; secus omnium inclinatio vana.

Argues contra primam partem 1 homo essentialiter pēdet à Deo, vt est in se; ergo cognoscit Deum. Sequela, cognito euidenter effectu, potest euidenter deduci per se causa. 2 Ad Deum vt in se, natura inclinat, ergo euidenter cognoscimus inclinationem, & Deū. 3 homo ad imaginem Dei trini; ergo euidenter potest deduci De' trinus. 4 omnia sunt entia ad finem, ergo demonstrāt Deum, qui est omnium finis. 5 probamus naturaliter ex effectibus Deum esse infinitum, ergo vt in se est. 6 esse Dei in se non est nobis euidens; ergo potest dari medium per se euidens, quo probetur.

Ad 1 creaturæ à Deo, vt vnus est, non vt trinus. Vel potest cognosci vt causa; non vt in se. Ad 2 inclinat passiue, sed actiue non videt inclinationem. vel cognoscit sub ratione finis, propter quē fiant naturaliter; non in quem tendāt supernaturaliter. Ad 3 est ad imaginem: sed ex sola natura non cognoscit se esse imaginem; nam hic respectus est ad quid illimitatum. Ais etiam cum dico; entia finita sunt, ergo infinitum est; respectus est ad illimitatum. ℞ respectus dependentiæ, & finitatis creaturarum ad Deum sunt euidentes; respectus, & dignitas imaginis non est euidens. Ad 4 demonstrant Deū finem, qui nèc virtute alterius finiat, nèc ordinetur ad aliud: sed non à nobis attingibilem per actus vitales, & beatam visionem. vel finem propter quem; non ad quem. Ad 5 cōfusè, & ens illimitatum independens; non distinctè vt in se, vna essentia in tribus. Ad 6 vt in se, sic est euidens vt nullum sit medium euidentius, quo probetur; nobis sic ineuidens, & excedens, vt nec per medium fiat euidens.

Arguent contra 2 partem, Alia-

cus,& Maironus; si est euidens ens infinitum dari, cum illud bonum sit, nullum malum est. infiniti effectus non sunt, ergo infinita causa non deducitur. 3 si id euidens infinita essent à Deo. 4 si corpus infinitum esset excluderet aliud; ergo si ens infinitum, non permitteret aliud ens. 5 quod ita hic quod non alibi, finitum est, quo ad vbi, ergo quod est hoc, vt non aliud finitum in entitate. 6 potentia Dei non est ad impossibilia, ergo non infinita euidenter. 7 si ens infinitum, moueret in non tempore; mouet in tempore, ergo. 8 ex eo, quod intelligentia mouet cælum motu perpetuo, vt putat Arist. infinita non est. ex eo quod finis excedat ea, quæ sunt ad finem, satis vt finitè excedat, ex eo, quod entitas perfectior, satis vt supra omnem entitatem qua videmus sit; & ex eo quod appetitus in nullo finito satiatur, sat vt deducas esse insatiabilem, non vero ad bonum infinitum.

Ad 1 vel malum in ente non datur. vel pertinet ad bonitatem Dei, vt permittat mala in maius bonum. vel non in Deo, nec à Deo, sed extra Deum. Ad 2 effectus semper cadunt à perfectione causæ; vel finitū à se non est, ideo prima causa infinita. Ad 3 si ageret necessitate naturæ. Ad 4 corpus infinitum, quia quantum nō permittit aliud, omnem locum replet, ens infinitum, nec in loco nec habet dimensiones. Ad 5 si infinitum vbi, & in eo infinitum corpus, non ita hic, quod non alibi. 2 Deus hoc aliquid in ratione singularitatis, non determinatæ perfectionis. vel est hic, & omne aliud si nō formaliter, eminenter, & causaliter. Ad 6 impossibilia sub potentiam non cadere. Ad 7 si agit secundum vltimum sui posse, Deus libere. Ex Aristot. ordo vniuersi non est immediate à Deo, immediatione virtutis, & suppositi. Ad 8 intelligentia à se non est, sed causata; Deus prima causa. Finem omnium nullo pacto finiri est euidens. Appetitum omnium insatiabilem esse, ridiculum est. Ais ens dicitur in ordine ad esse extra causas; ergo si euidens Deum esse; ergo reipsa extra causas; ergo Deus non est, quia haberet causā. R. habet esse à se non positiue, & causaliter; sed negatiue, quia ab alio non est. 2 ens creatum est extra causas, & cum potentia ad existēdum; Deus prima entitas incausabilis absoluta, & à se. 3 ens per participationem habet causam; Deus per essentiā, cum tota plenitudine essendi.

DE NATVRA DEI

TITVLVS II.

An Deus sit substantia. 1.

SVbstantia sumitur hic non pro vt accidentibus subest: sed pro vt in se, per se, & maxime existit, & subsistit in vltima sua actualitate.

Dico. Deus verè est substantia; Probatur; ex Damasc. in elementario c. 8. substantia continet supersubstantialiter increatam *Deitatem*; 2 perfecta substantia in sua con-

conceptu est ens completum, in se, & per se subsistens, sic Deus 3 est causa, & creator omnis substantiæ. 4 substantia, & accidens diuidũt omne ens. 5 solitarie existit, & in vltima sua actualitate. 6 esse Dei substantialissimum est.

Argues ex August. 7. Trinit. c. 8. Deum abusiue dici substantiam. 2 substantia, quæ propriè, principaliter substare dicitur, Deus nulli subest. 3 Deus supra substantiam ex Damasc. 4 Græci Deum vocāt essentiam, non substantiam. Ad 1 quia non subest accidentibus; quia non finita; nèc ad genus spectat. Ad 2 quæ substat, quæ in genere, quæ capax perfectionis. Vel subest, quia maxime existit, & subsistit. Ad 3 supersubstantia quia supra genus finitum substantiæ; non quia non infinita substantia. Ad 4 Græci inopia vocum; substantiam pro persona, non pro essentia sumebant; rectius latini; substantia pro re, quæ ex se, per se, & in se maxime est. Ais substantię Ethimologia à substando dicitur; Deus nulli subest, ℞ vox vt à substando accepta; non à subsistendo, & per se essendo. 2 non est ratio formalis substantiæ subesse; sed sibi, & ad se esse.

An spiritus purissimus sit Deus. 2.

Constat corpus materia, & forma, est quantum, extensum, trinè dimensum. spiritus est simplex substantia, quæ materiam non habet, nec dimensionem. spiritus purus expers omnis materiæ ex qua, & in quã perfectè, ac complete subsistens; sic Deus, & Angelus. Anima spiritus; at non completè subsistens, quia pars; si non constat materia, est actus eius & si spiritus in esse separato non dependens à corpore in operari; at pro isto statu est forma corporis, actus eius, & habet materiam in qua sit, nõ ex qua facta sit; quia à Deo, & in Deum.

Dico Deus est summè spiritus. ita 1. dist. 8. q. 1. Probatur Ioan. 4. spiritus est Deus. 1 Timot. 1. Immortali, & inuisibili. 2 est expers molis, quantitatis, & materiæ, ergo Spiritus. Antec. secus non esset ens primum: nam quod constat materia effectus est, & causa prima non est. 3 corpus mouetur, & in potentia ad quantitatem, Deus primus motor, nèc in potentia. 4 est infinitus, ergo spiritus purissimus; nam compositum nequit esse infinitè perfectum, quia à cõponentibus pendet. 5 est ens primum, ergo non corpus, quod est ab alio.

Vrgent. Hæretici Audiani, & Antopomorphotæ; scriptura tribuit Deo trinam dimensionem, partes, & situm corporis; excelsior cælo, profundior inferno, latior terra, Iob; ecce primum. Oculi Domini super iustos, & aures eius in præces eorum, Dauid; ecce partes corporis. Vidi Dominum sedentem, Isaias, ergo habet situm. 2 Genes. 1 faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, homo corporeus. 3 Deo insunt passiones coniuncti gaudere, tristari. 4 potentia actiua magnitudinis est saltem extensa per accidens; ratione efficientis magnitudinem, Deus prima causa om-

omnis magnitudinis, ergo saltim per accidens extensus. Ad 1 non vere, & proprie; tantum similitudine, & mataphora. Vel non formaliter; quo ad effectus; non oculi, & aures: sed effectus eorũ; videre, cognoscere, & percipere. Ad 2 similis quo ad animam, non corpus. Ais ergo in Deo anima. ℟ similitudo ex participatione vitæ, non in modo viuendi; prò vt anima viuit, habet potentias, & operationes distinctas; non vt informat, dat esse, est pars. Ad 3 per metaphoram, & quo ad effectus. Ad 4 potentia quæ agit in magnitudine, vt virtus ignis; nõ quæ agit magnitudinem, vt Deus. Ais nihil mouetur nisi corpus 6 phys. Deus mouetur ad iram, ex peccatis reuelatur ira Dei. Rom. 1. ℟ metaphoricè; est iustitia in Deo iuxta decentiam suæ bonitatis, & exigentiam creaturæ.

An Deus sit summè viuens vita intellectuali. 3.

Vita pro actu primo, sic est natura, & esse Dei viuẽtis; apud te est fons vitæ; sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum. pro actu secundo est vitalis operatio, cuius principium habet viuẽs; quod factum est in ipso vita erat. Vita intellectualis est supremus gradus viuentium.

Dico. Deus supremum viuens vita intellectuali. 1. d 13. Probatur; psal. cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Ioann. ego sum via, veritas, & vita. 2 ex August. 6 de Trinit. c. 6. primus, & summus intellectus est Deus, cui non est aliud viuere, & aliud intelligere. 15. de Trinit. c. 7. vita qua Deus est, sentit, & intelligit omnia mente, non corpore. 3 in entibus viuens non viuente simpliciter perfectius. 4 intellectualitas supremus gradus vitæ, ergo in Deo per essentiam. 5 Deus prima radix, fons & origo, ex qua simplicissime pullulat vis, & facultas intelligendi, & volendi.

Argues; viuunt, quæ se mouent; motus cum potentia ad terminũ; ergo potẽtia in Deo. 2 vita cũ vitali operatione, in Deo nulla operatio, quia ibi nil posterius, nil quod Deum actuat. 3 vita non sine anima. 4 nec ad se, nec ad alia extra se exercet vitam. Assumptum, opus vitæ copulat, & vnit cum obiecto; ad se Deus est intime vnitus; ad alia à se non dependet. 5 potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta; vita intellectualis hominis, & Angeli circa Deum clare visum; ergo in Deo vita propter aliud. Ad 1 vita recepta, quæ trãsit ab actu primo ad secundum; in Deo nèc recepta, nec actus secundus est effectus primi: sed operari, & agere est esse. Ad 2 in nobis, quæ actuat, & est cum efficientia, & receptione; non in Deo vbi operari est esse in vltima actualitate, & vita suæ operationi coniuncta. Ad 3 vita recepta, & per informationem, non per essentiam. Vel corporea, & mixta; non pura, & spiritualis. Ad 4 exercet vitam circa essentiam, quã attingit vitali operatione, non re, sed formaliter distincta. Vel in Deo esse viuens non in potentia ad agere vitaliter, ideo intime sibi vnitum cum agere.

Ad

Ad 5 extrinsecè per obiecta; formaliter, & intrinsecè seipsis. Vel circa idem obiectum, at in Angelo vitalis operatio non est esse, vt in Deo. in Angelo vita tam in actu primo, quam secundo ab alio; in Deo à se & ad se. Adde, Deo omnia viuunt, nèc tantum causaliter, sed obiectiue; principium, & finis; Alpha, & Omega.

An vita intellectualis sit de quidditate Dei. 4.

Vita intellectualis dici potest natura, seù essentia substantiæ spiritualis, quæ est fons, origo, & radix à qua pullulat vis, & facultas intelligendi, & volendi; Vel facultas intelligendi, & volendi. vt intellectus, & voluntas. vel vitalis operatio, vt intelligere, & velle. hic sumitur intellectualitas non pro intellectu, & voluntate, quæ sunt attributa formaliter distincta; nèc pro actibus secundis: sed pro natura, & essentia ex qua simplicissimè, & sine efficientia emanant facultates intelligendi, & volendi.

Dico. Vita intellectualis de essētia, & quidditate Dei. ex quodlib. 1. Pro. 1 Ioan. 14. ego sum via, veritas, & vita. ex 2. de anim. 37. viuere viuentibus est esse; ergo multo magis Deo. 2 Aug. 15. trinit quæ vita dicitur de Deo, ipsa est eius essentia. & 6. c. 6 Cui non est aliud viuere, aliud esse, & aliud intelligere. 3 esse primum non est non viuens, ergo de essentia. 4 cui non repugnat esse idem essentialiter, id si perfectissimè conuenit essentialiter conuenit; intellectualitati nō repugnat esse de essentia, & perfectissimè est in Deo, ergo est essentia. 5 omne aliud viuens est esse participatum, ergo in Deo per essentiam; cui omnia viuunt.

Argues 1. intellectus, & voluntas extra quidditatem Dei, & attributa ergo & vita intellectualis eorum. Sequela; est velut effectus eorum. 2 homo ad similitudinem Dei, in nobis intellectualitas non est quidditas. 3 est gradus vitę supremus in ente creato, ergo non quidditas, sed in gradu eminentiori concipiendus. 4 hi conceptus, substātia, vita, spiritus sunt tales in Deo; ergo ei respondent realitates distinctæ, conceptui enim reali, respondet obiectum reale. Ad 1 natura in Deo essentialiter intellectualis; ex qua simplici emanatione pullulant intellectus, & voluntas, quæ sunt attributa. vel in sensu formali natura Dei non est attributum intellectus; sed radix, origo, fons. Ad 2 similis participatione, non communitate naturæ. in conceptu, reali, non entitate. Ad 3 vita intellectualis perfectio simpliciter, ideo formalissimè in Deo. vel supremus gradus, in creatis participatiuè; in Deo per essentiam Ad 4 vnus, & idem conceptus realis formalissimè in Deo; distincti tantum conceptibus inadæquatis. Ais, vt Deus est substantia, spiritus, & vita, ita bonus, sapiens, iustus; ergo, vt hæc non de quidditate; nèc illa. ℞ eodem Deus ens, substantia. spiritus: sed non eodem sapiens, bonus, iustus; sapientia enim entitatis est, ideo attributum; spiritus, & vita entitas ideo quidditas. Ais, res creatæ viuunt Deo; in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus actor.

actor. 13. ergo creaturæ de essentia Dei. Rx viuunt quia vitaliter sunt in actuali notitia Dei; quia vita Dei eminenter, & exemplar omnium; & quia vita omnium à Deo.

DE PERFECTIONE DEI.

TITVLVS III.

Quid est perfectio simpliciter. 1.

DAtur perfectio simpliciter; & perfectio non simpliciter. Illa quæ in vnoquoque est melior ipsa, quam non ipsa; vt esse, & viuere. Hæc quæ non est in vnoquoque melior ipsa, quam non ipsa; vt esse corpus, esse animatum; Perfectio simpliciter in sua ratione formali nil imperfectionis admittit; Non simpliciter determinatã, limitatam, & in certo genere perfectionem importat.

Dico. Perfectio verè simpliciter, est illa, quæ in vnoquoque melior est ipsa quam non ipsa. ita Anselmus in Monologio c. 15. Scot. 1. d. 2. q. 4. C. & d. 8. q. 1. F. quodl. 5. illam explicat, & glosat. 1 est melior quocumque incompossibili sibi, in quouis supposito absolute, non vt talis naturæ; nam igni, vt ignis non est melius viuere; si enim viueret ignis non esset; sed igni, vt ens est, & suppositum absolutè melius esset viuere, melius est hoc viuens, quam hoc non viuens. 2 est melior non in aliquo genere, sed in vnoquoque; nam perfectiones multæ sunt meliores suis oppositis in aliquo genere: vt esse sensitiuum, discursiuum, meliora in genere substantiæ, & animalis. 3 est melior non tantum in ordine ad oppositum, priuatiuè, & negatiuè; sic enim omnis perfectio esset simpliciter, quia semper negatione sibi opposita melior, sed respectu cuiusuis positiui incompossibilis; vt viuere perfectio simpliciter, non ex eo quod melior negatione vitæ sed quia melior quouis gradu positiuo, qui habet negationem, & cum vita est incompossibilis; summa simplicitas melior negatione, & quouis positiuo incompossibili cum simplicitate, vt omnia composita, & compossibilia. Actualitas melior non actualitate, & quibus vis entibus aliquo modo in potentia.

Argues. ordo secundum inequalitatem, est perfectio; & tamen in vnoquoque non est melior; vbi summa æqualitas. 2 scire, & sapere perfectio simpliciter; & tamen Deo non est melius scire creata, quam non scire. 3 nihil est in Deo, quod non sit melius ipsum, quam non ipsum; ergo Deo agere ad extra est perfectio simpliciter. 4 perfectio simpliciter non includit per se relationem ad creaturam, quia relatio ad terminum imperfectum, & potentialem repugnat rationi perfectionis simpliciter; ergo non est in vnoquoque melior ipsa, quã non ipsa.

Ad 1 ordo inæqualitatis est perfectio creata, & limitata; non perfectio simpliciter. 3 non repugnat, vt perfectio creata, quandoque requirat aliquid, quod non requiritur ad perfectionem simpliciter; nam

nam creaturæ de se imperfectæ sũt, & sine illis non possent habere perfectionem, quam natæ sunt habere cum illis; & supplent imperfectionẽ; vt in vna natura limitata non potest esse tanta perfectio, quanta in pluribus ordinatis; Ad 2. scire, vt perfectio simpliciter, non coexigit creaturam in quocumque esse, nec vt transit ad creaturam; sed comitatur perfectionem simpliciter; quia non ex respectu alterius ad ipsum, nec ex ratione relatiua habet, quod sit perfectio. Ad 3 agere, & causare est in Deo effectiue, non formaliter. 2. est respectus rationis in Deo. 3 omnis perfectio limitata est in Deo tantum effectiuè; perfectio simpliciter omnis in Deo; quia perfectio simpliciter in causatis reducitur in causam formalem habentem illam perfectionem, non sic limitata; Ad 4 relatio repugnat perfectioni simpliciter, & esse ad terminum imperfectum, & potentialem, quem coexigat, vel prius natura habeat necessario; sed si habet consequentur, & in esse participato, & limitato perfectio creata, nihil refert. 2 perfectio simpliciter per participationem in creatura, formaliter in Deo à quo participat eam.

An omnis perfectio simpliciter formaliter in Deo. 2.

PErfectiones sunt in vno; vel formaliter, vel virtute, & eminenter; formaliter, quæ secundum proprias formalitates in illo, & de illo prædicantur; ignis formaliter calidus, quia calor formaliter in igne, & ignem formaliter denominat; virtute, & eminenter, quæ nõ sunt secundum se, & formaliter; sed ratione alterius perfectionis nobilioris, æquiualentis; sol eminenter, & virtute calidus, quia habet aliquid melius calore, æquiualens tamen calori. vt virtute, & eminenter vnum aliud contineat, requiritur, & vt dignius sit, & illi sit æquiualens; Angelus præstat omnibus creatis, non tamen æquiualet illis, ideo non virtute continet illa, potest aliquid continere aliud eminẽter solum, si perfectius, & sit æquiualens illi; sic aurum eminenter cõtinet perfectionẽ argenti; at si virtute etiam continet; necesse est posse producere contentum in esse reali, vel cognito; sol continet virtute calorem, quem in esse reali producit; præmissæ conclusionẽ, quam in esse cognito causant; subiectum omnes veritates scientiæ.

Dico. Perfectiones simpliciter formaliter in Deo; perfectiones in genere, tantum virtute eminenter, & effectiuè. Scot. quodl. 5. 1. dist. 8. q 1. ad 1. d. 17. q. 1. ad 2. Probatur pars prima; 1 Perfectiones simpliciter sunt à parte rei; ergo necessario in primo ente, vbi quicquid est, perfectum est. 2 perfectio simpliciter in nullo esset perfectè: quia in creatis est finita; ergo si non esset existens in Deo; nullibi esset perfecta 3 perfectio simpliciter esset per participationem in aliquo, & non formaliter in eo, à quo participaret eam; at nihil est per quod fiat participatio existentis, nisi existens. 4 nihil est in Deo quod non sit melius ipsum, quam non ipsum; ergo perfectio simpliciter. 5 Deus ens formalissime, & infinitè perfectum;

ergo perfectiones simpliciter, quæ possunt compati cum ente infinito sunt in Deo. 6 Illæ nullam admittũt imperfectionem, ergo sunt in ente in quo essentia omnis perfectionis. 7 melius est illas habere, quam non habere, Deo dandum melius. 8 perfectio simpliciter potest esse formaliter infinita; sed infinitas repugnat cuicumque, quod non est perfectum simpliciter.

Probatur 2 pars 1 illæ finitæ, & limitatæ, ergo non formaliter in Deo; quia finitas extra conditionẽ Dei. 2 quod imperfectionem, vel limitatam perfectionem melius est haberi virtute, & eminenter, quam formaliter. 3 Deus est causa, & virtus omnium; ergo eminenter, virtute, & effectiuè perfectio omniũ. 4 perfectius, & eminentius, esse omnis creaturæ est in Deo, quam in seipsa; nam quicquid in rebus creatis est à Deo, cũ Deo, & propter Deum; & quod factum est, in ipso vita erat. 5 perfectio creata, & in genere est supplens imperfectionem; nam creatura de se imperfecta, non posset habere tantã perfectionẽ sine illa, quantam cum illa; ergo non est simpliciter perfectio, ergo non est formaliter in Deo; vbi omnis perfectio in summo.

Argues contra primum. Perfectiones simpliciter plurimæ sunt, & à parte rei distinctæ; in Deo nulla multiplicitas; quia summè vnus, & summe simplex. 2 Vna perfectio simpliciter altera est melior, in Deo nil excedit aliud. Assumptum; simplicitas, & actualitas perfectiones simpliciter; & hæc melior illa: nam compositum, quia actualius, melius partibus simplicibus. 3 simplicitas, & actualitas sunt aliquo modo opposita, ideo non simul in creatis; ergo nec simul in Deo. 4 melius est esse Patrẽ, quam non esse Patrem, & in Deo, ergo perfectio simpliciter; ergo Pater dignior filio, qui non est Pater. 5 Deus ens simpliciter, absolute, & infinite perfectus in sua ratione quidditatiua; ergo non perfectionibus distinctis, & attributis. 6 sua quidditate ex Scoto, non cõtinet attributa, ergo non ens infinite perfectum; nam posset excogitari ens quidditatiuè includens omnem perfectionem.

Ad 1 plurimæ formaliter, vna summa res identicè. 2 pluralitas perfectionum, non est simpliciter pluralitas quia non rerum; realit atũ. nec componunt, sed transeunt in summam identitatem. Ad 2 in suis rationibus præcisis quæuis nata est esse simpliciter perfecta; ratione subiecti creati, cui insunt, vna potest esse perfectior. vel comparatio non fit in rebus diuersi generis, quæuis nata est esse sua ratione perfectissima. Vel in creatis vna melior altera, in Deo vtraque infinita, & re vnum; nec se excedunt. Ad 3 simplicitas opponitur compositioni, & componibilitati, non actualitati. Vel simplicitas partis; non entis. Ais in creatis non simul. ℞ quia non perfecta simplicitas; nã perfecta excludit componibilitatem; componi, & componere. Ad 4 esse Patrem in Deo non perfectio simpliciter; quia suo opposito non est melior; nec melius est esse Patrem, quam filium in Deo, nec vlla perfectio simpliciter est alteri in-

com-

compossibilis; secus posset aliquid esse melius. Ad 5 perfectione prima absoluta sua essentia, & quidditate infinitus: ex qua pululat, & emanat, vt ex fonte, & radice omnis perfectio, quæ est idem cum Deo. Vel perfectiones pertinent ad esse secundum; essentia radix, natura, & quidditas. Ais esse primum, & quidditatiuum Dei infinitè perfectum est, ergo si quidditatiuè desunt perfectiones simpliciter infinitum non est. ℞ includit, identicè, vnitiuè, & radicaliter. Ais non includit formaliter, ergo formaliter desunt. ℞ perfectiones non sunt quidditas, sed à quidditate, sunt formaliter in Deo, non formaliter quidditas Dei. Pertinent ad Deum, non vt primum esse Dei, sed vt perfectiones Dei. Ad 6 non potest cogitari maius, quia ens infinitum, quia continet identicè, quia radix perfectionum; Ais posset cogitari quidditas, quæ formalissimè esset omnis perfectio. ℞ perfectio non est essentia: sed in quidditate, & essentia. Ais ergo Deus sua quidditate sine attributis imperfectior, quam cum illis. ℞ imperfectum cui deest quod natum est inesse; essentiæ Dei non conuenit esse attributum. Vel id, sine attributis, dicit præcisionem, & diuisionem à Deo, ideo non potest concipi esse sine attributis. Vel possumus concipere Deum non esse attributum: sed non in Deo, non esse attributa; attributa non esse quidditatem Dei; non Deum esse sine attributis.

Cõtra 2 partem formaliter creatura habet esse participatum à Deo; ergo in ea formaliter perfectio Dei. 2 in creatura est similitudo essendi vniuoca cum Deo, ergo non est virtute. 3 est realiter similis, & imago Dei; relatio realis similitudinis in extremis realiter similibus. 4 vis creaturæ finita, ergo Deus non continet virtute creaturam. Ad 1 habet esse participatum Dei, non esse Dei; vel esse effectum Dei. Ad 2 similitudo non in esse reali, sed obiectiuo; quia non per aliquid commune rei. Ais vniuocatio realis est, ergo realitate est. ℞ non quæ sit communis per indifferentiam, sed in præcisione intellectus. Vel vniuocatio generica est à realitate communi; transcendens à realitate præcisibili; potest enim concipi realitas Dei absque suo modo infinitatis; & vniuocatio fundari potest. Ad 3 similis imitatione, vt effectus imitatur causam; non in esse. Vel est effectus æquiuocus, non vniuocus; vel similitudo rei creatæ ad increatam non est relatio realis. Ad 4 virtus finita: sed Deus continens virtute est infinitus. Ais Deus, & creatura vniuocè conueniunt; ergo in aliqua reali perfectione communi; ergo non eminenter, sed formaliter. ℞ in conceptu entis; non in aliqua realitate præcisa à parte rei, & communi per indifferentiam; sed opere intellectus respondet realitas præcisa ab infinitate, & finitate, quæ realitas fundat similitudinem vniuocationis in esse reali. 2 omnis creatura imitatur diuinum esse, vt earum exemplar, vt effectus causam; ratio est vna, vt prædicatur, nõ vt quid.

DE SIMPLICITATE DEI TITVLVS IV.

An Deus simplex sine vlla compositione. 1.

SImplicitas dicit negationem compositionis; summa, & omnimoda simplicitas totalem negationem compositionis. Compositum per se, ex materia, & forma; ex actu, & potentia; ex genere, & differentia; physicum, metaphysicum logicum. compositum per accidēs, ex subiecto, & accidente; ex partibus integrantibus, vt duæ partes eiusdem substantiæ, vel quantitatis Compositum solet distingui in actiuum, & passiuum; Ex his, & cū his; compositum ex his, est ex pluribus vnum; cum his quod cum alio facit vnum. Quod componitur passiuè est ex his, quod cōponit actiue, est cum his; homo compositus ex his, anima composita cum his.

Dico: Deus simplex absque omni compositione. 1 d. 8. q. 1. Probo est simplex sine materia, & forma. 1. Deus primum ens, ergo non cōstat materia, secus esset dependens, & ex alio. 2 materia, & forma supponunt causalitatem efficientis & finis. 3 materia in potentia, forma dat esse; Deum pati, vel alteri dare esse repugnat. 4 materia, & forma partes; vtraque caret perfectione alterius, & totius, ergo non in Deo.

Simplex sine partibus integrantibus, 1 non constat partibus essēntialibus; ergo nèc integralibus, & quantis, quæ sunt posteriores. 2 si quantus, quia infinitus potentia, & virtute, esset in infinita magnitudine; maior enim virtus in maiori quantitate, ergo infinita virtus in infinita quantitate. Nèc dici posset, vis spiritualis sine extensione, tota in tota, & in parte. quia si in quantitate maiori, virtus, & extensio saltim per accidens maior; ergo si nō esset in infinita quantitate, nèc infinitæ virtutis, si quantus esset. Antec. vis ignis esto æquè intensa in toto, & parte, tamen maior extensio in toto. 3 pars extra totum est imperfecta, sed omnis pars vt finita participat infinitam, vt omnis perfectio finita infinitam; ergo si haberet partes, necessario esset infinite extensus. 4 si haberet partes materialis esset.

Simplex à subiecto, & accidente 1 remoto priori, & posterius; est sine materia, & forma, quæ compositio prior, ergo & hac, quæ posterior. 2 subiecto in potentia accidens dat esse, in Deo nil in potentia, totum actu. 3 accidens est extra, quicquid in Deo Deus. 4 perficit; in Deo nil, quod possit vlterius perfici. Si dicas accidens spirituale in Deo, quia intelligit, & vult. C. si hæc accidentia, Deus in potentia ad illa; 2 imperfectus si ab his posset actuari. 3 intelligeret cum labore; nec semper esset intelligens. 3 vilesceret intellectus si intelligere esset aliud ab eo. 4 vbi potentia, & obiectum idem, & actus ponitur idem. si dicas Angelus se intelligit, & actus intelligendi, & essendi nō idem. c. saltem Angelus dependet à se quo ad accidens, & motum. 2 Angelus in actu, & potentia actiua

& receptiua. 3 Deus non est in potentia, nèc receptiuus.

Simplex, & absolutus a genere, & differentia. 1 continet perfectiones omnium generum eminenter; ergo supra omne genus. 2 genus dicit realitatem potentialem contrahibilem per differentiam, quicquid in Deo, in vltima actualitate, perfectione, & seipso est hoc. 3 Deus, & creatura omnino diuersa in realitate à parte rei; quia nulla res, vel realitas creaturæ est Dei, ergo ratio generis communis non in Deo. 4 quod genere compræhenditur finitum est. 5 nullum genus est necesse esse, cum sit formaliter in potentia, amplius actuabile, & determinabile. 6 si in genere, præsertim substantiæ, hæc substat accidentibus 7 prius ens est diuisum in infinitum, & finitum, inde hoc in decem genera. 8 infinitas, & genus repugnant; nam ratio generis, determinata, & determinabilis. ℞ dicitur esse genus infinitum. c. implicat essentiam generis infinitam esse, quæ determinabilis est. 2 infinito enti genus repugnat; non infinitæ lineæ, vel qualitati, cuius ratio, & realitas est eadem cum finita; at infinitas entis, & essendi; nil commune in re, cum ente finito, secus infinitum ens non esset. ℞ saltim reduci ad genus. C. quod reductiue ad genus finitum spectat, finitũ est; si reducens, ergo, & quod reducitur.

Argues contra 1. Composita simplicibus meliora; Deo dandum melius 2 attributa ab essentia; relationes ab absolutis in Deo formaliter à parte rei distincta; ergo se habent vt actus, & potentia. 3 plures realitates distinctæ, non faciunt vnam, nisi se inuicem perficiant, & actuent; ergo componunt. 4 forma dans esse perfectio est; ergo in Deo 5 pluralitas est opposita vnitati, & simplicitati; ergo si in Deo plura attributa, & relationes ab essentia distincta, non simplicitas. Ad 1 meliora in nobis, vbi perfectio entitatis non in vno. vel meliora simplicibus componentibus; non simplici independenti, vt Deus; vel non componente vt Angelus. Ad 2 non actuant, quia quicquid in Deo, in actualitate est; & facit vnũ simplicissima identitate ratione infinitatis. Ad 3 quia in vltima actualitate inuicem non se perficiunt; quia infinitæ vna identificat sibi aliam, modo simplicissimo absque informatione. Ais relationes ex Scoto non infinitæ. ℞ essentia tamen infinita, ratio est vt sint idem cum ea. Ad 4 dare esse per modum partis, dependenter ad efficiens, virtute cuius informat; pẽdere à comparte, imperfectiones. Ad 5 pluralitas componentium; vel rerum; vel vbi infinitas non facit idem. vel vbi vnum actuat aliud; non vbi omnia actualissima, & infinitas vt vnum, & idem continet.

Argues 2. Deus, ex Dionis. de celest. Hierar. est esse omnium; ergo admittit compositionem omnium. 2 summo enti nil deficit entitatis; ergo nèc integritatis. 3 res omnium prædicamentorum formaliter perfectæ, ergo in Deo. Ad 1 effectiuè, & exemplariter, non per essentiam, & formaliter. Ad 2 nil virtute, & eminenter, non formaliter; entitas enim creata formaliter

liter finita. 2 nil per modum simplicis entitatis, non compositionis Ad 3 non simpliciter, sed secundũ quid. Perfectæ comparatiue.

Argues 3. August. 15 trinit. c. 8. si dicam æternus, immortalis, iustus. bonus, substantiæ qualitates sunt. 2 quod vni est accidens, alteri non est substantia, sapientia in nobis accidens, ergo in Deo. 3 libera Dei decreta accidentia sunt; nam sunt multa, & aliud prędestinatio, aliud reprobatio; ergo non substantia, quæ vna. Non sunt ab æterno, ergo insunt de nouo. sunt rationes, ergo perficiunt. 4 sapientia vere forma, qua Deus formaliter fit sapiens. 5 de creante, vere factus creans; De nouo filius Dei factus homo. Ad 1 qualitates per similitudinem; quo ad modum prædicandi, nostro modo intelligendi; Augustin. admittit voces, non res generum. vel quia non essentia Dei: sed perfectiones essentiæ, ad modum qualitatum explicat illas. Ad 2 si eiusdẽ rationis; sapientia in nobis, & Deo conceptu transcendenti eadem, non re. Ad 3 formaliter sunt actus in Deo, nec multa formaliter, tantum obiectiuè; vno enim actu infinito vult Petrum, non Iudam. quo ad actum volitionis ab æterno; tantum respectus transitionis ad volitum, vel nolitum in tempore. Vel actus Dei æternus; non obiectum volitum. Vel quod extra Deum contingens: quod in Deo necesse. vel ab obiecto extra, quod sit volitum, vel non volitum, volitio Dei non pendet in esse, tantũ extrinseca terminatione. Ad 4 nõ vt forma, quæ Deo accidat, & informet; sed vt perfectio, quæ à Dei natura simplicissimè pululat. Ad 5 non actu de nouo, sed effectus extra nouus. Factus creans, & homo, non per aliquid intrinsecè nouum in Deo, sed per respectum, & nouam terminationem. Ais nouus effectus, non sine nouo actu: item re factus homo, ergo non respectus rationis. Ad 1 non vt nouitas sit in actu; sed vt effectus esset nouus; Nouitas, non actus Dei, sed effectus Dei. Ad aliud homo de nouo vnitus Deo; sed non forma, vel perfectio Dei. Deus sustentat hominem: sed homo non dat aliquid Deo. Ais dedit vere esse hominem. ℞ extrinseca denominatione; non intrinseca informatione; communicatione idiomatum, non mixtione, & confusione naturarum.

Argues 4. Auerr. 10. met. Deus natura, & mensura omnis substantiæ; vnumquodque mensuratur per id, quod perfectissimum est illius generis. 2 maxime per se subsistens est, ergo maximè substantia est. 3 August. & Boet. de trinit. duo genera in Deo substantiæ, & relationis. 4 Angeli, qui & simplices, verè in genere, cur non Deus? 5 compositio generis, & differentiæ rationis est; ergo Deo non repugnat. 6 Deus, & creatura vniuocè conueniunt, ergo genere conueniunt. Ad 1 mensura vniuoca, eiusdem generis, non extrinseca, Deus per excessum mensura. Ad 2 substantia prout maximè per se est, non quia maximè substat. Ad 3 quo ad modum prædicandi, non essendi; secundum rationem transcendentem non genericam. Ad 4 Angeli simplices, quia carent materia, & forma, non summè simplices; nam

nam constat actu, & potentia; subiecto, & accidente; positiuo, & priuatiuo, Angeli entia finita, ideo ad genus reduci possunt. Ad 5 logice rationis est; metaphysicè realis, & dicit realitatem potentialem, & actualem; contrahibilem, & contrahentem. Ad 6 vniuocatio in ratione transcendenti; non limitata, & generica; est conceptus communis, non realitatis; est realitas conceptus, non entitas. præcisio indifferentiæ à modo infinitatis.

An Deus summè, & perfectè simplex 2.

DAtur summè simplex; & simpliciter simplex; summè simplex perfectum est, nec est compositum, nec aliud componit. simpliciter simplex, quod, vt vox sonat, tantum nomen retinet simplicitatis & est omne id, quod non est resolubile in alios conceptus, vt ens præcisè sumptum est simpliciter simplex, quia vlterius nequit resolui. Quare non est idem simpliciter simplex, & summe simplex; simpliciter simplex non est resolubile in alia; summè simplex quod in se nec est compositum, nec cum alio componit, sed est purus actus. In creatis est inuenire aliquid simpliciter simplex; nam in essentialiter ordinatis est deuenire ad aliquid irresolubile; est corpus, viuens, substantia, ens; At summe simplex cui conuenit actualitas sine compositione, nec componibilitate. In creatis non inuenitur summè simplex; nam compositis conuenit maior actualitas, non autem maior simplicitas; partibus maior simplicitas; nō autem maior actualitas, quæ aliis compossibiles; tantum Deus, cui conuenit actualitas cum perfecta simplicitate.

Dico. Deus summe, & perfectè simplex 1. dist. 8. q. 1. ad 1. Probatur. c firmiter de sum. trin. Vna Dei essentia, substantia, & natura simplex omnino. 2 quicquid in Deo necesse est esse; ergo nil in Deo, vt componat cum alio; secus cum possibilitate essendi illud. 3 quod in Deo infinitum est, & in vltima actualitate; ergo nequit cū alio componi, & vlterius perfici, aut actuari. 4 quo aliquid est simplicius, eo virtute posterius, & magis independens; ergo Deus omnino independens, & omnipotens summe simplex. 5 si componit actiue, & cum his, ergo pars esset, & imperfecta; si componitur passiue, & ex his, ergo penderet à partibus; & illis esset posterior. 6 ens quo simplicius, eo purius, ac perfectius 7 creatura de se imperfecta non potest habere tantam perfectionē in vno, vt in pluribus; vel in vno ex pluribus; ergo tantum Deus perfectè simplex, vbi infinitas actu in vno.

Argues. 1 in Deo compositio ex natura, & personalitate. 2 persona constat essentia, & relatione. 3 quæ à Deo imitantur Deum, illa non simplicia. 4 maior simplicitas vbi maior identitas, in Deo plures personæ, plura attributa. 5 ex supposito verbi, & natura humana vnus Christus, ergo componit. 6 attributa à parte rei cum Scoto; virtute, & ratione cum Thom. distincta sūt; ergo re, aut virtute componunt: vt enim plura faciunt vnum, sic com-

componunt illud. 7 simplicitas est negatio ergo non in Deo. Ad 1 nō componunt, quia vterque actus vltimus, nec se inuicem actuant; sed constituunt per simplicem idētitatem, hypostasis dat esse suppositum, essentia esse Deum. Ais relatio vere actus, ergo vere actuat. ℞ actus non essentiæ; dat esse hypostaticum, & transit in identitatem essentiæ. Ais actus, & actus faciunt per accidens. ℞ si non sunt idem, at infinitas identificat omnia. Ais persona per se vna, ergo ex actu, & potentia. ℞ per se vna simplex, non composita. Ad 2 non tamquā potentia, & actu; tamquam duobus actu, summa identitate vnum. Ad 3 imitantur vt effectus causam, non in esse, participatione essendi, non modo essendi. Ad 4 diuersitas ex additione tollit simplicitatem; non quæ ex origine, diuersitas rerum, non perfectionum eiusdem rei. Vel simplicitas opponitur cōpositioni, & compossibilitati; non pluralitati perfectionum. Ad 5 suppositum verbi non pars, ideo propriè non componit: sed constituit per vnionem, & terminationem dependentiæ vnum Christum. vel vnitur substentando, non componendo. Vel Deo repugnat esse compartem cum creatura; non intimè vniri suæ creaturæ. Ad 6 nō quæ uis distincta componunt, sed quæ se actuant, in Deo nullum attributum actuat aliud; quod vis actuale, ad se, & in vltima sui perfectione. vel plures res distinctæ componunt; in Deo vna summa res. Ais Conc. Florent. sess. 18. simplex essentia, & persona re idem sunt, differunt nostra intelligentia; ergo si à parte rei non simplex. Ansel. c. 16. monolog. quicquid in Deo vno modo, & consideratione est: Item actualis multiplicitas non sine oppositione; ergo non cum simplicitate. ℞ Concil. solum vult essentiam esse re idem cum persona; ideo recurrit ad distinctionem rationis. vel distincta ratione, vt opponitur rebus, non vt opponitur formalitatibus distinctis. Vel quia vna summa res, ratio, & conceptio formalitatum non tangitur. Ad Anselm. vno modo, quia vltimate in actu, quia in summam idētitatem transeunt; quia vnius summè Dei simplicis sunt; secus nec plura ratione. Ad aliud oppositio qua vna non est formaliter alia; non qua vna sit res distincta ab alia. Vel multitudo rationum, quæ se actuant, opponitur summè simplici, non perfectionum, quæ transeunt in idem Ad 6 plura vt actus, & potentia. plures res. vel vbi infinitas, simplicitas, & actualitas non identificat omnia. Ad 7 est negatio compositionis, non perfectionis. vt concepta, & explicata a nobis negatio; vt in re entitas positiua, connotans negationem. Negatio in genere non inest nisi ratione affirmationis; vnitas negat diuisionem in se; & indiuisionem ab alio ratione entitatis positiuæ, qua res in se est; ita simplicitas entitas est positiua, & actualitas summe perfecta, cui repugnat affectio omnis compositionis.

An simplicitas in Deo sit perfectio simpliciter. 3.

OMnis perfectio simpliciter habet conceptum in se à parte

rei

rei, & est ipsa ratio formalis perfectionis indiuisibilis; quare summa Dei simplicitas perfectio est, & entitas excludens omnem cōponibilitatem, & esto in natura aliqua limitata perfectio simpliciter possit repugnare, vt sapientia equó, & aliqua non repugnare; non sequitur, quod nō sit perfectio simpliciter, cui conuenit perfectio, quę alteri repugnat; vt actualitas, & simplicitas sunt perfectiones simpliciter; composito conuenit maior actualitas, nō simplicitas maior; materiæ è cōtra; sed quia actualitas est simpliciter perfectior simplicitate, perfectius est, cui conuenit actualitas sine implicitate; quā cui conuenit simplicitas sine actualitate at in Deo simplicitas cum omnimoda actualitate.

Dico. simplicitas in Deo, vere est perfectio simpliciter. dis. 8. q. 1. Probatur; hæc in quouis ente melior est ipsa, quā non ipsa; ex Anselmo; hoc est melior quouis sibi incompossibili, in omni supposito absolutè, non determinando naturam in qua est. nam in quouis supposito entis simplicitas est melior, quia sine independentia; sibi soli sufficit; non admittit compositionem partiū, & in Deo. 2. est formaliter in Deo ergo perfectio simpliciter. 3 actualitas simplex nequit excedi, ergo perfectio simpliciter. 4. simplicitas si vt in creatura est, imperfecta; tamen non determinādo naturam in qua subsistit, est perfectio simpliciter.

Arguent Caiet. & Molina; negatio potius perfectionis ablatio, & simplicitas compositionis negatio. 2 actualitas perfectio simpliciter, in composito maior actualitas. 3. si quo res est simplicior, eo ē perfectior; partes perfectiores essent toto. 4 perfectio simpliciter in quouis ente melior est ipsa; in nobis non melior. 5. Relationes in Deo summè simplices, & nullam perfectionem dicunt. Ad 1. vt concepta, & explicatur à nobis negatio, in re est entitas, & ipsa ratio formalis perfectionis, & est entitas, quæ nullo modo cōponitur ex aliquo, nec componibilis est alteri. vel per se est ipsa formalitas perfectionis, cum duplici negatione. Ad 2. in composito maior actualitas respectu partium; non simpliciter respectu omnis entis. vel limitatio causa est, vt res composita melior, & actualior; in Deo, quia infinitas, ibi simplicitas cum actualitate. Ad 3. eo perfectior cæteris paribus si non haberet rationem partis, nec esset dependēs Vel simplicitas, quæ nec composita, nec componit. Ad 4. melior, vt ens, non vt tale ens. melius est simpliciter enti, esse simplex, quam compositum. vel in ente, quod pendet ex partibus melius ē esse compositum, quia actualius, & dicit plura; ideo si repugnat vt naturæ limitate est; nō simpliciter enti. Ad v. sunt simplices, sed non perfectiones simpliciter simplices, quia entia non quanta, nec perfecta, nec imperfecta, tantum termini communi

cationis essentiæ. Ais simplicitas ē pfectio ℞ ex ente quāta relatio in Deo est nō quāta; nā alteri cōparata nec est perfectior, nec imperfectior. Vel vt relationes præcisè abstrahunt à perfectione, tātum identicè admittunt, ita simplices sunt, & perfectionem identicè habent. Perfectio simpliciter in Deo est essentialis, & ad se.

An aliqua creatura possit esse summe simplex. 4.

PErfectio simpliciter non coexigit creaturam in omni esse, & perfectio in creatis quādoque requirit aliquid, quod nō requiritur ad perfectionem simpliciter; ideo simplicitas in creatis non est in omni gradu, quod requiritur ad perfectionem summam simpliciter simplicis.

Dico. Nulla creatura est, nec esse potest summe simplex, ita 1. d. 8. q. 1. art. 2. & ad 1. Prob. quæuis dependet, imperfecta est, nec sibi soli sufficit, ergo vel vnitur, vel resultat ex vnitis. 2. nulla includit totā pfectionē essendi, ergo semper composita saltim positiuo, & priuatiuo. 3. quæuis est terminus potētiæ vt recipiat, qđ non habet, ergo ex actu, & potentia obiectiuè 4. quæuis composita, vel componitur, ergo Antec. totum physicum ex materia & forma; metaphysicum ex actu & potentia, logicum genere, & differentia; partes, & accidentia componunt. Angeli accipiunt perfectiones spirituales; item cōstant perfectione, quam habent, & sunt in potentia ad perfectionem, quam possunt accipere.

Arguent Thomistæ, & qui tollunt compositionem ex positiuo, & priuatiuo. 1. quæuis essentia in suo genere est perfecta, ergo non constat positiuo, & priuatiuo. 2. compositio est ex reb. priuatio non est res, sed carentia ergo non componit. 3. datur perfectè compositum in creatis, ergo perfectè simplex. sequela; si vnum ex opposito inest, aliud non repugnat. 4. Datur pura potentia; ergo purus actus, qui sit omnino simplex. 5. perfecta simplicitas sua ratione non est illimitata; ergo nō repugnat creaturæ. Antec. dicit tantum non componi, nec componere. Ad 1. perfecta in genere, non in ratione cuiusuis suppositi entis; Talpa si non priuata visu, vt talis. quia incapax, bene vt animal. Vel nulla creatura totam sui generis perfectionem habet; quia perfectiones diuisibiles sunt participatæ ab indiuiduis. Ad 2. compositio actu, & rerum, non aptitudine. Vel positiua omnino ex vtroque extremo non ex parte. Ais priuatio non componit. ℞. respectu eius, quod est: sed bene respectu eius, quod aptū, & posset esse. Ais compositio semper cum re quæ est. ℞. positiua, non priuatiua. Ad 3. simplex in genere datur in creatis, simplex omnino non datur. Ais si vnum inest, cur non aliud? ℞. opposita in genere sunt, summa simplicitas extra omne genus; opposita si eiusdem rationis. Vel vt non perfectè compositum, quod nō magis, nec ita simplex, quo non

sim-

simplicius. Vel simplex esse, perfectio simpliciter; compositum esse, perfectio supplens imperfectionem, nec proportio. Ad 4 pura potentia, & actus purus in creatis non sunt, quia si materia est, extra aliquam potentiam est, & pura potentia non est; si actus creatus est, dependens est, & cũ aliqua imperfectione, & potentialitate est, & actus purus non est. Vel potentia, & actus in creatis componunt, ideo non simplices. Vel si non compositæ physicè ex rebus; saltim metaphysicè ex realitatibus, & conceptibus. Ad 5. pro formalitate à nobis cõcepta, & explicata; non pro vt est in se; sic summa simplicitas coniuncta est cum infinitate essendi & entitate independente ab alio.

DE INFINITATE Dei.

TITVLVS. V.

An Deus sit ens actu infinitum. 1.

NON est sermo de infinito, quod sequitur quantitatẽ molis; sed infinito quantitate virtutis, & perfectionis essentialiter. Nec de infinito negatiue, quod in suo esse, sic est determinatum, vt manens in sua specie, non admittat æquale: sed infinito positiue, & in entitate, cui nihil deficit; & est ens excedens quodcumque ens in nulla proportione determinabili secundum perfectionem, & virtutem, ex quodlib. 5. Vel quod positiuè omnia excedit, nec admittit æquale 1. dist. 2. qu. 1. Vel quo nihil est maius, aut perfectius, nec æquale alteri finito, vel infinito. 2. d. 1. qu. 3. ad argu.

Dico. Deus simpliciter infinitus entitate, & virtute 1. d. 2. & d. 8. q. 1. quodli. 5. Prob. Baruch 3. magnus est, & nõ habet finem psal. magnitudinis eius non est finis. 2. Damasc. pelagus substantiæ infinitæ. Anselm. entitas qua maior cogitari nequit. 3. est entitas omnino prima, se ipsa existẽs in ratione essendi; ergo entitate infinitus sequela; quod seipso ẽ in tota plenitudine essendi, à nullo habet vnde in esse ab alio limitetur. 4. non habet finem, nec terminum suæ virtutis, & perfectionis; ergo infinitus. nam virtus infinita ab infinita entitate. 5 posset mouere motu infinito 8. phys. & 12 met. ergo ens infinitum Sequela, quod potest ita perfectè in infinita, atque in vnum quorum quodlibet supponit perfectionem in causa est infinitum 6. appetitus naturalis nõ est ad impossibile; appetimus sẽper maius omni finito: nam voluntas in nullo creato quiescit; ergo est ad infinitum; at bonum hẽt rationẽ finis; finis, & efficiens coincidũt; ergo primum efficiẽs & vltimus finis actu infinitum.

Vigent aliqui Heretici Caluinistæ. 1. infinitum entitate, cui nil deest entitatis; Deo deest formalitas, & aliqua ratio entis; nam Deus non habet omnem formalem entitatem 2. esse actu infinitum, & hoc aliquid repugnat; Deus

us actu hoc aliquid, ergo non infinitus. Maior, esse hoc aliquid est esse indiuisum, & indistinctũ ab alio, ergo non infinitum. 3. infinitum nequit à finito compræhendi; ab Angelis, & Beatis compræhenditur Deus. minor; attingitur vt est in se. Nil Dei latet videntes. 4 nulla creatura, nec omnes simul sunt infinitæ; ergo nec Deus. Sequela; virtutem Dei probant effectus. 5 potentia Dei non se extendit ad impossibilia; ergo non infinita. Sequela; quicquam deest virtutis Dei. 6 si bonum infinitum esset; nullum in entibus malum esset. Sequela; vnum ex contrariis infinitum tollit penitus aliud. 7. Si infinitè perfectus, omnis creatura esset æqualis: nã perfectio Dei mẽsura est, omnes æquè distant à Deo 8. infinitum sua ratione interminatum; ergo quid imperfecti sapit.

Ad 1. nil deest eo mõ, vt possibile est reperiri in vno; formaliter si perfectio increata; virtute & eminenter si est creata. Vel nil deest infinitæ entitatis, independentis, & increatæ. Ad 2. actu hoc aliquid, eminenter, & virtute omnia. Vel hoc aliquid per distinctionem ab ente finito, & creato. Vel hoc aliquid actu continens esse infinitè perfectum. Ad 3. infinitum videri potest à finito intellectu, sed non compræhendi, vt infinitum. Ad visionem sufficit proportio potentiæ, & obiecti; ad compræhensionem etiam proportio entis ad ens. Vel infinitum nequit videri à finito viribus naturæ, sed Deo supplente. Ad id, nil Beatos latet. ℟. quia totum vident, non totaliter. 2. quia satiatur potentia, & capacitas videntis, non quia expletur intensio rei visæ. 3 quia Deus simplex totus videtur, nõ quia perfectius à suo infinito intellectu iuxta infinitatem non sit adhuc visibilis Ad 4. effectus omnes sunt extra Deum, & à perfectione Dei deficiunt. 2 Deus causa æquiuoca omnium, hinc perfectior omnibus. 3 supra omnes effectus, qui sunt, aut cogitari possunt; ideo infinitus. Ad 5. impossibilia non cadũt sub potẽtia q̃ nõ eẽt si faceret, quæ implicant. 2. repugnãtia non in Deo, qui potest omnia, in rebus, quæ ineptæ vt sint. Ad 6. in Deo nullum malum, quia infinitum bonum; extra Deum, aliquid mali, quia bona finita. Vel creatis Deus non potest dare suam bonitatem, ideo cum carentia boni. Vel mala ex nobis deficientibus. Ais si infinitè bonus, cur non tollit omne malum? ℟. quia motus nostros agere finit; quia liberos nos condidit; quia ad effectus, non defectus concurrit Deus. quia nostræ maculæ, non inficiunt Deũ. quia si creata sunt, carentiam perfectionis habent, & omne malum culpæ posset Deus auferre, sed nos non tollimus. Ad 7. perfectio creata non per distantiam ad Deum; sed ad bonitatem, & perfectionem Dei, quam participãt vel ęque distant à Deo infinito; nõ, ęquè perfectæ in se ipsis. Ad 8. infinitum, quod formaliter priuat, aut negat perfectionem: non

quod

quod dicit perfectionem sine fine. vel infinitum potentia, vt materia; non actu, vt Deus. Ais si infinitus, ergo habet gradus entitatis infinitos; ergo metaphysicè componit. R. 2. d. quæst. q. 6. & quodl. 5. infinitas Dei intensiua, non est graduum; sed modus simplex entitatis Dei intrinsecus.

An infinitas sit quidditas Dei, vel modus intrinsecus Deitatis. 2.

VT in creatis; prædicata quidditatiua, qualitatiua, & modalia. ita Deum his similibus prędicatis, omni imperfectione sublata, explicamus; Vt inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur, Apostolus. Vt per visibilia ad inuisibilia trāseamus, August. Substantia, spiritus, vita intellectualis, vt quidditas, & natura; bonitas, iustitia, sapientia, & alia, vt perfectiones; infinitas, necessitas, æternitas, vt modi. Hinc Damasc. si bonum, si iustum, si sapiens, aut aliud simile dixeris, non naturam dicis Dei: sed quæ circa naturam. Infinitas ergo Dei intensiua, non est, vt passio entis infiniti, sed dicit modum entitatis; cuius sic est intrinseca. vt quouis circumscripto, quod est attributum, aut proprietas, adhuc infinitas includitur in ipsa simplici, & vnica entitate; & conuenit essentiæ diuinæ præcisè acceptæ, non sub aliqua perfectione attributi: nam infinitas est sibi magis intrinseca quam omne attributum; nam essentia habet rationem primi, & dicitur pelagus substantiæ infinitæ.

Dico. Infinitas intensiua, nō est quidditas Dei: sed modus quidditate naturaliter posterior Scot. quodlib. 5, 3. prologi. 1. d 2. q. 1. quod 6. 5. Probatur; Prius naturaliter ante intellectum essentia Dei est à se, cum plenitudine essendi; & hinc radix, & fundamentum illimitatæ, & infinitæ naturæ. ergo infinitas est modus essentiæ, non essentia. sequela; vna est veluti causalis respectu alterius; Deus infinitus in esse; quia ens à se, & non ab alio. 2. infinitas est entis, & in ente, nō ens; ergo est Dei, & in Deo, non formalissimè Deus, sed modus essendi Dei. 3 Deus sua quidditate, vt est in se nequit naturaliter cognosci; vt infinitus est potest cognosci; ergo infinitas extra quidditatem Dei. 4. Deus, quia ens à se, cum negatione essendi participatiuè ab alio, ideo infinitus; ergo infinitas prædicatum posterius, & modale. sequela; recte sequitur; essentia, & quidditas Dei, in genere entis est à se, plenissimè, & imparticipatè; ergo habet modum essendi infinitum. 5. finitas, & infinitas æquè se habent ad ens; finitas est modus in ente, ergo & infinitas. 6. infinitas non dicit de se rationem formalem quidditatiuam, ergo nō quidditas. Antec. essentia habet rationem primi, infinitas intensio, & veluti gradus essendi, non essentia. 7. quod se habet, vt posterius

sterius non dicitur in quid de priori; infinitas, vt posterior nõ essentia, ergo. minor; modus sẽper posterior eo, cuius est modus, infinitas est modus. 8 infinitas non dicit aliquam rationẽ formalem, ergo non est quidditatiua nec eadem formaliter essentiæ. Ant. infinitas dicit ipsũ esse ex edẽs perfectione, & virtute nulla proportione determinabili

Arguent Thomistæ. Deus sua quidditate est, quo maius cogitari nequit; ergo sua quidditate infinitus. 2. sua quidditate pelagus infinitè, & interminatè essendi, ergo quidditatiuè. 3. infinitas conuenit Deo circumscripto omni, quod non est Deus, ergo de quidditate Dei. Sequela, quod de quidditate non est, eo circumscripto, adhuc quidditas est. Antecedens; circumscripto eo, quod non est formaliter Deitas, adhuc perfecta Deitas est, nõ finita, ergo ĩfinita 4 De' ĩfinit', q̃a hẽt ẽẽ à se, imparticipatũ ab alio, ergo infinitas de quidditate. Seq̃ la; ẽẽ à se, & negatio essẽdi ab alio inuoluũt formalissimè infinitatẽ sed illa est quiditas, ergo, & hæc. 5. si non de quidditate, ergo deitas potentialis, indifferens ad hunc modum. 6. infinitas prior existentia, ergo de quidditate, non secus ac existentia. Antecedens, prius est esse à se, & imparticipatum ab alio, quam existere, ergo prior infinitas.

Ad 1. quo maius non quia infinitatem quidditatiue claudat; sed quia infinitus est, & immensus. Vel fundamentum, & radix infinitatis; quæ est intensio simplicissimæ entitatis. 2. infinitas non est nata esse quidditas; sed quidditatis. Ad 2. est pelagus substantiæ infinitæ, vt radix, & fons illius; non quidditas: sed modus entitatis. Ad 3. circumscripto eo, quod formaliter non est deitas; nec est realis infinitas, quia est modus deitatis. Vel circumscripta hac formalitate est deitas, radix, pelagus, & origo infinitatis. Vel modus non variat rem cuius est modus. Ais deitas formalissimè concepta est infinita, ergo formalitate deitatis. ℞. formaliter est deitas, non formalitas distincta, sed modus distinct'. 2. formalitas eadem formalissimè cõcepta, est infinita, quia est ratio modalis, non formalis. Ad 4. hęc Deus infinitus, qu a habet esse à se, non ab alio; est veluti causalis, nec infinitas habet rationẽ primi, sed essentia. 2. ab esse à se, sequitur modus infinitatis, & intensio: at esse non est intensiua infinitas, nisi re. Ad 5. modus nõ variat rationem formalem deitatis. Vel non est potentialis deitas, quia infinitas non contrahit Deum, nec vt differentia actuat: vel natura creata communis est, indifferens, & potentialis; deitas de se hæc, & in vltima actualitate; infinitas est modus eius, non determinat eam. Ad 6. prius natura est de se hæc, & existit; nam entitas est vt prior, quam infinitas, quia infinitas est modus entitatis intrinsecus, infinitas est essentiæ, non essentia; pelagus substantiæ infinitum; res absoluta

non

est modus rei, est habitudo vnius ad alterum.

An infinitas sit præcisa negatio perfectionis intensiuæ, an positiua realitas, & in Deo. 3.

SI infinitas explicatur à nobis duplici negatione essendi ab alio, & negatione limitis, & termini in sua perfectione intensiua; tamen in re modus entitatis & essentię Dei est, qui identificat essentialem eius perfectionem, & totalitatem entitatis importat; vt finitas participationem entitatis; hic autem modus intrinsecus, non ita est res, sicut illa cuius est modus; nam res est entitas, modus vero est aliqua realitas rei non tamen est formalitas distincta vt attributum; nam realitas in plus se habet, quam formalitas. Ideo in suo conceptu formali modus infinitatis includit entitatem positiuam, quæ dicit magnitudinem perfectionis, & virtutis intensiuæ in Deo; Distinctio enim modi minor est, quam distinctio formalis; & dicit solum modum intrinsecum, & quantitatem virtutis deitatis; sed non est formalitas distincta à deitate.

Dico. Infinitas intensiua est perfectio positiua à parte rei seu totalitas essendi deitatis, non præcisa negatio essendi ab alio aut sola negatio limitis, & termini ex quodlib. 5. 1. dist. 8. Probo; infinitas, vt est a parte rei perfectio intrisseca est modificans essentialem, & quidditatiuam Dei perfectionem; ergo non præcisa negatio essendi ab alio; seu limitis, ac perfectionis. Sequela negatio in genere cum vni inest, ita vt alteri repugnet, non conuenit nisi propter affirmationẽ; secus etiam non ens posset dici infinitum, quod etiam dicit negationem essendi ab alio. 2. infinitas verè, & proprie est in Deo, ergo vere ratio positiua non tãtum negatio. 3. finitas in creatura positiua entitas est, ergo infinitas in Deo. Sequela; oppositorum æqua est ratio; Ante. finitas partialitas entitatis, ergo infinitas plenitudo, & totalitas entitatis. 4. modus rei non est nihil à parte rei, ergo aliquid, ergo ratio positiua; non enim idem sũt res, & modus. 5. perfectio Dei est habere negationem finis, & termini suę virtutis; ergo non formaliter negatio: sed ratio positiua, ratione cuius inest negatio. 6. habere esse à se, illimitatum, independens, cum plenitudine entitatis, modus positiuus est connotans negationem finis, & termini.

Arguent Vasquez, & Thomistæ, qui volunt positam in negatione essendi ab alio. 1. vox ista infinitas sonat negationem finis, & termini. 2. est sufficienter explicata per negationem essendi ab alio, & negationem finis, & termini virtutis; ergo ratio positiua superflua; 3. Deus infinitus, quia à se, & non ab alio, ergo in negatione essendi ab alio formalis infinitas, quia à nullo

eius

eius esse; ergo in negatione infinitas. 5. infinitas non est conceptibilis absque re cuius est, ergo non realitas positiua. Ant. cum concipio deitatem necessario concipio esse illimitatum, cui repugnat finis, & terminus perfectionis. Sequela, quæ positiuæ sunt realitates distinctæ, & positiue distinctè conceptibiles. Ad 1. quo ad vocem sonat negationem; in re est modificans essentialem Dei perfectionē. Vel quātum ad id, quod connotat negatio; in recto, & pro formali, modus essendi Dei. Ad 2. vt à nobis explicatur negatio finis, in re ratio positiua cui inest negatio; multa positiua comodius negatione explicātur. simplicitas negatio cōpositionis, tamen perfectio simpliciter; Vnitas indiuisio in se, & distinctio ab alio, tamen ratio positiua in ente. Ad 3. esse à se, non est precisè negatio essendi ab alio; sed entitas cum plenitudine essendi, & non participata; in obliquo tantum negatio. Vel illa causalis est; quia non ab alio, ergo infinitus; formalis enim est hæc; quia habet entitatem cum modo plenissimo essendi. Ad 4. participare esse modus positiuus est; non participare secundum vocem, in obliquo, & pro connotato est negatio; in recto, & pro formali est esse entitatem cum modo essendi proprio. Ad 5. distinctio modi à re, minor est, quam distinctio formalis, infinitas differt ab essentia, & dicit quantitatem virtutis in deitate; nec variat rationem formalem; ideo si non dicit formalitatem distinctam, vt attributa; tamen est, quid à parte rei distinctum; non enim idem omnino res, & modus rei.

An infinita entitas per essentiam alijs à Deo repugnet. 4.

INfinito enti nihil deficit entitatis, eo modo quo potest esse in vno. Infinitum est tantum primum, & supremum, cui nulla perfectio repugnat. Addit negationem essendi ab alio, & negationem termini suæ virtutis. nulla creatura habet esse à se; omnis habet esse post non esse, saltim ordine naturæ; perfectio eius ē participata; nec cum tota plenitudine essendi.

Dico. Infinitas entitatis, & per essentiam aliis à Deo repugnat. 1. dist. 3. q. 3. dist. 8. qu. 2. quodli. 5. Probatur. omne ens creatum est esse participatum, ergo sibi repugnat infinitas per essentiam sequela; infinitas est cum negatione essendi ab alio; ergo non cum participato esse. 2. implicat aliquid esse, & non esse ab alio; esse participatum, & non esse participatum; ergo implicat aliquid esse creatum, & per essentiā esse infinitum. 3. capacitas creaturæ finita, in genere, infinitum simpliciter, & per essentiam nō potest esse in genere. 4. infinitas ponit negationem essēdi ab alio per efficientiam alterius, omnis creatura verè est ab alio; ergo nō infinita. 5 esse creatum est effectus Dei equiuocus, ergo cadit à per-

perfectione causæ, ergo non inest sibi infinitas.

Argues. Filius à patre est formaliter infinitus; ergo ratio essendi ab alio, non tollit infinitatem. 2 non repugnat creatis simplicitas; ergo nec infinitas; sequela, non magis infinitas est prædicatum illimitatum, quam simplicitas; ideo enim summè simplex, quia formaliter infinitus. ad 3 opposita nata sunt fieri circa idem; cui inest albedo non repugnat nigredo; ergo infinitas, & finitas non repugnant creaturæ. 4 linea ex hoc, quod infinita adhuc linea, ergo creatura esto infinita esset, adhuc creatura esset. 5 Deus, vt est, potest à creatura participari; est infinitus, ergo infinitè participabilis. Ad 1 filius à patre non diuersæ naturæ, nec ex nihilo: sed de patris substantia, & eiusdem naturæ; creatura ex nihilo, distinctæ naturæ à Deo est; filius non ideo infinitus, quia à patre; nam origo, & relatio in Deo, tantum ponit, vt quis sit ab alio, & a quo alius: sed ratione termini formalis originis, vt est essentia infinita. Ad 2 simplicitas summa etiam repugnat; tãtum enim Deus, cum purissima actualitate; expers prorsus omnis compositionis, & componibilitatis. Ad 3 opposita eiusdem generis; eidem inesse nata sunt; infinitas entis est extra genus Ad 4 infinita linea esset ĩ genere; ĩfinitas in ente esset in omni genere, ideo pugnat cum ente participato. 2 fit transitus ab infinita extensione ad infinitam entitatẽ & intensionem. Ad 5 participare est partem, & non totum capere. vel implicat esse ens infinitum, participatum, & dependens.

DE NECESSITATE essendi Dei.

TITVLVS. 6.

An Deus sit ens summè necesse. 1.

NEcessitas essendi est perfectio simpliciter in diuisione entis, cui compossibilis est, & in conditione entis, quod non est sui ratione imperfectum, est simpliciter perfectionis. Necessarium, ergo & contingens est passio entis disiuncta. necessarium est ens, quod sua ratione non potest non esse; contingens quod indifferens est ad esse, & nõ esse. necessitas, tam essendi, quã agendi, impossibilis est necessitas in causa prima respectu causatorum, quia dependent à posteriori. Item datur necessitas coactionis, quæ fit ab agente extrinseco cogente. Immutabilitatis, quæ excludit oppositum posse succedere eius, quod inest. Ineuitabilitatis, quæ tollit omnino posse non inesse; seu quæ priuat possibilitatem oppositi. Necessarium, & contingens sũt modi oppositi: ita naturalo, & liberum. Necessarium ita est vt non possit non esse, contingens

indifferens ad esse, & non esse. Naturale, quod agit vt determinatum ad vnum; liberum quod se determinat ad agendum.

Dico. Deus ex se formaliter necesse esse. 1. dist. 30. qu. 2. dist. 8. qu. 4. dist. 2. qu. 4. quodlib. 1. probatur. 1. Deo repugnat posse deficere, ergo ens necessarium. Antecedens; à se est, non habet contrarium, est prima entitas, causa omnium, quæ sunt, & possunt esse; ergo indefectibilis, & necesse esse. 2 necessitas essendi, est in diuisione entis; quia non est sua ratione imperfecta, summa perfectio est; Deus infinitè perfectus; ergo necessitas essendi in Deo. 3 necessitas essendi ex se, secundum esse, quod est perfectè, & semper idem est immutabilitas Dei, ergo in Deo. 4 necessario est, viuit, intelligit, generat, se diligit, ac necessario spirat; ergo necesse esse. 5 nequit Deo eius, quod fuit, & voluit ab æterno, oppositum succedere, ergo summe necesse. sequela; necesse esse priuat successionem possibilem oppositi ad oppositum. 6 contingens potest esse, & non esse; si in Deo, Deus non esset.

Arguent Philosophi, qui volunt etiam omnia sempiterna necessario esse. 1 sempiterna semper sunt, nec vnquam deficient ergo necessaria sunt. 2 intelligentiæ non dependent à Deo, vt à causa, sed vt minus perfectæ à perfectiore, ex Auicenna, ergo sunt necesse esse. 3 libera digniora his, quæ sunt necessitatis; Deo meliora tribui debent, ergo libertas essendi, & agendi. 4 necessarium à se potest esse sine quouis alio non à se necessario; intellectus diuinus nequit esse sine creaturis cognitis, saltim in esse possibili, ergo Deus non necesse esse. 5 Deus in actibus ad extra est indifferens; ergo non est necessitas in Deo. Ad 1 necesse esse ex se formaliter est vnum tantũ secus esset necesse esse, quo non existente adhuc esset necesse. Ais intelligentiæ, non possunt non esse. ℞. potentia sui intrinseca; at potentia Dei possunt; non possunt corrumpi, quia non habẽt contrarium; quia ab agente creato non possunt destrui; at possũt annihilari à Deo. Ad 2 pendent à Deo vt causa. Ais sunt necessariæ. ℞. non ex se formaliter, sed participatione. Ad 3 in agendo extra se; dignius simpliciter non posse non esse, sine quouis alio reali non necessario à se. 3 non sine esse cognito, & possibili. vel creaturæ cognitæ non sunt extra Deum; relucẽt in Deo & identicè Deus. vel non præexiguntur sed consequenter sunt ad perfectionem Dei. Ad 5 summa perfectio est non cogi ad agendum extra se. vel voluntas, vt prior actu volendi indifferẽns, sub actu volendi immutabilis. vel indifferẽtia in obiecto volito, non in volitione Dei, quæ semper est. Ais si sub actu volendi immutabilis; ergo extra se coactus vt agat, quæ volunt. ℞. perfectio volũtatis est, vt prior actu volendi possit, & non possit; si

vt

ab actu volendi immutabilis; non est inconstans voluntas, voluntas est; actus voluntatis est; actus voluntatis æternus, infinitus, & semper manens. Ais, ergo non liberè. ℞. omnia, quæ extra se libere, & a causis liberis voluit. Ais saltim nunc non libere. ℞. vt libere voluit, eodem actu manente, nunc & libere vult.

An Deus habeat necessitatem essendi, & volendi. 2.

NAturale vt est principium actiuum, opponitur libero; nam 2 phys. distinguitur agẽs naturale, & à proposito. 9 met. potentia rationalis ab irrationali. Hinc vt necessarium opponitur contingenti, ita libero opponitur naturale; naturale, quod est determinatum ad vnum; liberum, quod se determinat ad agendum. Voluntas libere amat & spirat; quia de ratione voluntatis est, se determinare, vt agat; ex naturali tamen rectitudine se necessario amat, & spirat; non vt naturaliter determinata, sed quia ipsa se determinat; secus de intellectu, qui ex natura determinatus ad vnum. Hinc liberum & necessarium non implicant: sed naturale, & liberum; necessarium, & contingens.

Dico. Deus habet necessitatem essendi, & volendi; & vt trãsit ad volita ad extra, est adhuc necessitas immutabilitatis. 4. prolog. 1. dist. 38. qu. 1. quodlib. 1. 16. & 18. Primum. Deus ita à se est, & existit, vt implicet non esse. 2 non habet esse ab alio, à quo accipiat esse, & possit non esse 3 nõ est entitas possibilis ad existendũ nec possibilis deficere. Secunda pars. Prob. 1. necessario se diligit, spirat, est se ipso perfecte beatus. 2 volitio Dei ad obiectum primum, est ex se actus necessarius; & quidditates in esse quidditatiuo, & volibili attingit necessario. 3 Deus in actu suæ voluntatis, si non habet naturalem necessitatem, quæ destruit essentialem rationem voluntatis, & quæ excludit intrinsecam determinationem; tamen in volitione est necessitas volendi cum libertate necessitas vt actus terminatur ad bonitatem diuinam; libertas vt egreditur à voluntate. 4 si voluntas ad velle ad intra est summe determinata, quo ad exclusionẽ indeterminationis ad vtrumlibet; tamen est principium determinatiuum sui actus. 5 intellectus si est potentia naturaliter, & necessario determinatus ad vnã partem; & voluntas ad intra nõ sit ad oppositos actus, nec obiecta; tamen nõ ex se intrinsece determinata, sed se ipsam determinat necessario, iuxta exigentiam obiecti infinite diligibilis, & sua naturali perfectione. 3 pars probatur. 1 si voluntas diuina vt transit ad extra, non sit ad actus oppositos, quia sic potentia passiua, & mutabilis; tamen est ad opposita obiecta; & vt prior suo actu, possit agere vnum, & oppositum; tamen ad opposita successiuè habet necessitatem immutabilitatis. 2 si ad extra De-

us non habet necessitatem, quæ priuat possibilitatem oppositi; tamen est necessitas immutabilitatis; secundum quam impossibilis est in velle Dei successio oppositi ad oppositum; ergo adhuc in hoc necessitas cum libertate. apud Deū nec transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; ergo nec transitus ad extra tollit à necessitate Dei. 4 voluntas eodem actu simplici ad opposita obiecta pro nunc æternitatis potest ad extra tendere, & non tendere; tamen ex quo efficax aut supposita præscientia nostri consensus, aut virtute cōtinens nostrum assensum, aut antecedenter, semper est immutabilis, ergo aliquam retinet necessitatem. 5 Ad res possibiles extra fertur voluntas, & eorum possibilitatem actu complacentiæ necessario acceptat, & diligit; res futuras, vbi volitæ, etiam necessario diligit; ergo necessitas aliqua in actu volendi ad extra.

Arguent Thomistæ, qui negāt libertatem componi cum necessitate. 1 si voluntas diuina libera est ad intra, ergo potest velle intellectum non sic operari, & producere; si id non potest, ergo potētia libera non est; nec libertas cum necessitate. 2 Deus est naturaliter beatus; beatitudo maximè posita in actu, quo Deus se diligit, ergo non est libertas cū necessitate. 3 voluntas in hoc, qd se diligit, & spiritum sanctum producit est determinata ad vnum, ergo naturaliter necessaria Anteced. non est indifferens. 4 spiritus sanctus rectè naturaliter Deus ex vi processionis; ergo naturali necessitate voluntas determinata ad vnum. 5 si libertas intrinseca conditio voluntatis, & tollit intrinsecam determinationem principii, ergo non summa necessitas in Deo. 6 proprietates in Deo non sunt vna, & eadem ratio essendi in Deo; ergo multo minus possibilitates rerū spectant ad rationem necessariā. Ad 1 libertas contradictionis, & indifferentiæ ad velle, & non velle; nec contrarietatis ad velle, & nolle, seu exercitii, & specificationis non est ad intra; sed tātum libertas essentialis, quæ nec exercetur, nec specificatur per actum; sed essentialiter voluntati inexistit. 2 ad intra omnia in vltima actualitate; & perfectiones intellectus vt intelligat non pēdet à voluntate; imo ex ordine potentiarum præsupponitur. 3 ob summam identitatem, quæ est voluntatis cum intellectu, est complacentia voluntatis in his, quæ intellectus intelligit. Ais ergo, quæ intellectus intelligit, voluntas ponit in esse. R. complacentia in his, quæ dicunt respectum extra, est in intellectione intellectus; non ad esse rei intellectæ. Ad 2 naturaliter beatus, quia non in obiecto extra se, sed eius essentia est obiectum beatitudinis. vel naturaliter; quia semper erat, & fuit Beatus. vel in parte, quæ est intellectus beatitudo est actus potentiæ naturalis; in voluntate actus potentiæ liberæ; non contrarietate actus, liberta-

bertate potentiæ se determinantis, & complacentis. Ad 3 determinata ad vnum, quia non indifferens; non quia ipsa non se libere determinet. vel quia ad intra non habet libertatem contradictionis, & contrarietatis; nō quia non habeat libertatem essentialem, quæ consistit in se determinare, & libere velle, quod vult. Ais velle cum necessitate, non est libere velle. R̸. si est necessitas coactionis: non si plenitudo perfectionis; voluntas, quia infinite recta, non potest non infinitè diligere se, qui infinite diligibilis; ad necessario amabile, infinita rectitudo voluntatis necessario se habet. Ad 4 est naturaliter Deus, quia habet vere naturam Dei; non quia modo naturali habet; secus esset filius, & genitus. vel quia vi processionis est amor infinitus, & infinitū per essentiam, est formaliter De⁹. Ad 5 libertas voluntatis tollit naturalem necessitatem; non simpliciter necessitatem, quam sibi voluntas imponit ex sua infinita rectitudine. Ad 6 per idētitatem sunt illa vna necessitas essendi.

An necessitas sit ratio essendi, cui repugnat intrinsece posse simpliciter non esse. 3.

NEcessarium ex se formaliter & intrinsecè est tantum vnum. In quo discordant Theologi ab Aristotele, qui ponit sēpiterna formaliter necessaria: at possunt non esse simpliciter; si non potentia intrinseca vt corruptibilia; quia non possunt corrumpi; quia non habent contrarium, nec ab agente creato destrui; tamen possent à Deo annihilari; quodlib. 7. F. 4. dist. 49. q. 6. D.

Dico. Necessitas essendi de formali est ratio, cui intrinsece repugnat posse non esse, & deficere ex 1. d. 2. qu. 4 dist. 30. qu. 2. 4 d. 49. qu. 6 quodlib. 7. Probatur. Id necessitas essendi importat intrinsece; nam est actus necessarius, seu modus entitatis, quæ intrinsece semper est, nec potest deficere. 2 philosophi ponunt sempiterna formaliter necessaria; id negant Theologi ex eo, quia possent non esse simpliciter, si non potentia intrinseca vt corruptibilia, saltem extrinseca; ergo semper necessitas essendi est, non posse intrinsece deficere. 3 necesse esse ex se, secundum id, quod est sibi perfecte idem, immutabile est, inuariabile, omni positione facta ēt impossibilis in aliis à se; ergo sibi repugnat posse non esse. Antecced. quia omne, quod in eo ē, est sibi idem cum sit simplex; ergo non potest aliud inesse. 4

ne.

necessarium in se. quod ab alio, non pendet in esse, & sine contradictione potest esse absque omni reali non necessario; ergo ei simpliciter repugnat non esse. 5 contingentia non tollit oppositum posse inesse; ergo necessitas excludit omnino oppositum esse. 5 cui inest forma, eidem ratio essendi formæ; necessarium, quod non contingit aliter se habere; ergo ratio entis simpliciter necessarii, quæ semper est, nec potest deficere.

Argues. 1 Dei necessitas consistit in esse simpliciter per se tale, quod variari non potest 1. d. 30 qu. 2. m. ergo formalitas per inuariationem explicari debet. 2 multa sunt necessaria, quibus nō repugnat non esse, cælum, intelligentiæ, anima, quæ possent annihilari à Deo 3 multa quibus repugnat non esse, vt creaturæ cognitæ in Deo, nec sunt entia necessaria, quia possent fieri, & non fieri. 4 esse ex se formaliter necesse, repugnat cum esse ab alio; ergo non formaliter necesse, quia eis repugnet non esse. Ad 1 aliud est, quod ad esse necessarii sequitur; & aliud est ipsū necessarium; ens necessarium habet, quod non varietur; sed eius esse, vt sibi repugnet non esse. Vel inuariatio potius ad immutabilitatem formaliter spectat; quæ cum ente simpliciter necessario copulatur; hinc Scot. ens necessarium est esse tale, qđ non variatur eius esse; quare nō primum esse: sed ad esse entis necessarii est inuariabilitas. Ad 2 non sunt entia necessaria: sed incorruptibilia, quæ non habent contrarium, quia ab agente creato destrui non possunt, simpliciter tamen possent annihilari à Deo. Ad 3 sunt necessariæ in esse cognito, & diminuto. vel participatione necessaria. vel consecuntur ad esse primi entis, & in primo ente simpliciter necessario. Ad 4 esse ab alio essentialiter distincto, & in alietate naturæ repugnat cum ente formaliter necessario: non in eadē indiuidua natura; vt enim eadē est, sic formaliter necesse est 2 proprietates non sunt formaliter rationes.

An creaturæ simpliciter repugnet formaliter necesse esse. 4.

NEcesse esse ex se formaliter soli Deo conuenit; non creaturis, nec secundum esse possibile, nec secundū esse exemplatum, nec in rebus creatis; necessitas enim essendi est se actus necessarius; quidditates rerum sunt secundum participationem necessariæ; similiter, & creaturæ; imo necessitas simpliciter impossibilis est in causa prima respectu causatorum, quæ dependent a posteriori.

Dico. Creaturæ simpliciter repugnat formaliter necesse esse. 1. d. 2 q 1. 5. d. 2. q. 3. E. d. 8. 39. 4. q. 2. 4 d. 49. q. 6. Probatur. Omnis est essentialiter finita, & participat esse ab alio; ergo nulla simpliciter ens necessarium. sequela, repugnat esse ens participatum, & sim-

simpliciter necessarium. 2 omnis in esse, & conseruari pendet à Deo, ergo nulla necesse esse. sequela; implicat esse necesse, & pendere ab alio, quo non causante, aut conseruante non est. 3 si quid à Deo esset simpliciter necesse, esset ens necessarium per aliquam rationem formalē, qua circumscripta, adhuc esset ratio necesse esse. 4 nulli creaturæ intrinsecè repugnat posse deficere; ergo nulla simpliciter necesse. v necessitas essendi simpliciter vna est, non ab alio, nec cum essentiali dependentia; nam necessitati essendi repugnat dependētia ad prius in ratione essendi distincta.

Argues. 1 si creatura non est in se necessaria in esse actuali, tamen in esse possibili necessaria est; ergo aliud à Deo ens necessarium. Antec. secundum illud esse non potest non esse. 2 eadem relatio Dei ad creaturam vt possibilis, & vt actu est; nam Dei ad creaturam non est relatio noua; ergo sub ratione necessaria. 3 creaturæ habent esse quidditatiuum, & essentiale, qd est necessarium. 4 de eis fiunt veritates sempiternæ, & necessariæ 5 quædam à Deo producta formaliter, & intrinsecè necessaria; ergo ex eo, quod creata sunt, nō tollitur intrinseca necessitas. Anteced. philosophi ponunt intelligentias intrinsece necessarias, & pendere à Deo. 6 datur in creatis operari necessario; ergo & esse necessarium; nam operari sequitur esse. Anteced. ignis necessario calefacit. 7 multa necessitate naturæ fiunt, & sunt a parte rei extra Deum. Ad 1 esse possibile est secundum quid, non esse simpliciter; necessitas, & cōtingentia sunt differentiæ entis simpliciter existentis. 2 in esse possibili non est simpliciter creatura, sed creatrix essentia summa identitate vnum. 3 in esse possibili sunt secundum participationem necessariæ. Ad 2 quia esse possibile, & secundum quid, non est esse simpliciter, sed rationis, & in esse cognito; nec in illo est realis relatio, sed secūdum quid. vel creatura vt possibilis est necessaria secundum quid, & per participationem; nam ab alio. Ad 3 secundum esse quidditatiuum habent esse participatum; quia per possibile, vel impossibile, non existēte eo à quo sunt, iam non essent secundum illud esse. vel necessariæ quidditates, non absoluta, & omnimoda independenti necessitate. Ad 4 veritates pertinent ad necessitatem essendi simpliciter. Ais ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera, vel falsa, necessaria, vel contingens. R. ab eo, quod est, sequitur necessitas enunciationis: sed non qualis necessitas vnius, necessitas alterius. vel ab aliqua necessitate essendi in rebus creatis, fiunt enunciationes necessariæ; non ab omnimoda, & simplici necessitate. Ad 5 ponere intelligantias absolutè, & intrinsece necessarias, & pendere à prima effectiuè repugnat: ex quo enim

sunt

sunt à primo; tantum habent necessitatem participatam, & illas non esse, non impossibile, vt Deum non esse. Ad 6 est necessitas secundum quid, suppositionis, talis esse, & naturalis inclinationis formæ. Ad 7 est secūdum quid, & respectu causæ secundæ; non primæ, cuius voluntate fiunt, quæcumque fiunt.

An necessitas essendi Dei distincta sit à duratione Dei. 5.

NEcesse esse formalitas est, aut modus essendi, & existendi; duratio vltra hanc infinitatē intēsiuā addit sēp ēe, negationem deficiendi, aut potentialitatem coexistendi cuicumque possibili, vnde æternitas, seù interminabilis duratio, non est ratio, vel necessitas essendi, ex quodlibet. 5. & 4. dist. 49. quæstio. 6.

Dico. Necessitas essendi distincta à parte rei à duratione, & æternitate Dei. 1. d. 2. q. 4. Probat. necessitas pro formali respicit, modum essendi; æternitas durationem essendi, & modum manendi. 2 ens necessarium negat agens à quo pendet, ob id ei repugnat non esse; æternitas negat desitionem existentiæ. 3 necessitas non est mensura existentiæ Dei, vt æternitas. 4 formalitas æternitatis, vel in negatione desitionis actu, & aptitudine, & relatione potentialitatis coexistendi cuique possibili; vel in modo coexistentiæ; formalitas necessitatis est ratio essendi prima, & imparticipata, cui repugnat non esse; ergo potius formale vnius, est connotatum alterius.

Argues. 1. Necessarium cui repugnat non esse; æternum cui repugnat non existere, ergo idē. 2 necessitas essendi, & æternitas necessitas durationis existentiæ, non est vnde non idem. 3 negatio simplex carentia affirmationis; ergo negatio possibilitatis ad aliter se habere, tam in necessitate, quam in æternitate est eadem. sequela; vbi connotatū idem, negatio eadem. 4 ens necessarium à se, quouis alio, per possibile, aut impossibile, non existente, adhuc est idem ens æternum. 5 ens necessarium, quod necessario est, & durat, æternum quod semper est, & durat, ergo vnum. Ad 1 necessario formaliter repugnat non esse; æterno non durare; sed formale æternitatis est modus manendi; formale necessitatis, est talis modus essendi; necessitas modus existentiæ ex se formaliter; æternitas duratio; hæc potest præscindere à necessitate, vt si creatura æterna; necessitas vt ratio prior essendi; æternitas, vt modus posterior; necessitas priuat successionem possibilem oppositi ad oppositum; æternitas modus intrinsecus ad coexistendū omni possibili. vel vt esse, & durare non idem; sic necessitas essendi, & perpetuitas durandi nec idem. Ad 2 à necessitate essendi potius dimanat æternitas; necessitas respicit esse, æternitas, dura-

ra-

rationem; æternitas mensura, vel modus posterior. necessitas modus intimior. Ad 3 vt præcisè negatio idem; non ratione connotati; nam distincta est negatio aliter se habendi in æternitate, & necessitate. Ad 4 idêtice clauditur in eternitate, & necessitate; non formaliter aut modaliter. Ad 5 necessarioêe, & sêp, re idem, modi distincti.

DE AETERNITATE Dei.

TITVLVS. 7.

Quid sit, & importet æternitas. 1.

AE Ternitas, Euum, tempus; tres species durationis, & manendi essentialiter diuersæ. Æternitas duratio indeficientis & absolute indefectibilis: Tempus successiuè deficientis, & defectibilis. Euum indeficientis, sed defectibilis. Æternitas non est ille modus infinitatis intensiuæ, ita intrinsecus existentiæ diuinæ, vt infinitas essentiæ; nam si per impossibile, Dei essentia raptim transiret, adhuc haberet tam essentia, quam existentia modum intrinsecum, & infinitatem intensissam; & non infinitatem durationis; addit ergo vltra infinitatem intensiuam existentiæ; aut modum semper manendi, aut negationem dificiendi; aut relationem rationis potentialitatis coexistendi cuicumq; possibili; aut formalem rationem repugnantiæ ad desinere esse; siuè sit negatio desitionis, siue necessitas coexistendi cuique possibili; hoc vltra illud, quod est ex natura rei, addit negationem imperfectionis, vel respectum rationis ad extra.

Dico. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Boet. 5 de consol. prof. 6. Anselm Monol. 27. Scot. quodlib. 6. corrigit illam Riccardi 2. trin. c. 1. quæ caret principio & fine, & omni mutabilitate; nã data per puras negationes nullũ in ea subiectum, & fundamentum negationum. Prob. est interminabilis vitę in obliquo, vt fũdamentum, & subiectum æternitatis, & est ipsa Dei existentia; viuere viuentibus est esse. 2 de nomi. perfecta possessio, tota simul; vt formale; nam modus indiuisibiliter existendi, sine principio, & fine; sine variatione, & successione est formale significatum. 2 vt creatio est ad esse; conseruatio est ad esse præhabitum; ita suo modo existentia, & æternitas; illa est esse; hæc modus existendi. 3 quia interminabilis, tollitur duratio creata, habẽs aut potens habere principium, & finem, quia perfecta possessio excluditur euum, & creatum permanens, at non perfecte; nam posset deficere, admittit aliquam variationem, quo ad operationes transeuntes. 4 vt infinitas est modus indeficienter essẽdi, eternitas modus indeficienter durãdi, & coexistendi.

Dico. Æternitas pro formali, e

modus indiuisibilis positiuus intrinsece semper permanens diuinæ existentiæ, distinctus ab infinitate intensiua; Ad quem sequitur negatio desitionis actu, aptitudine, & potentia, & respectus rationis coexistendi cuicũque possibili. Scot. quodl. 6. Q R. T. vbi tamquam certum supponit, aliquid ex natura rei, cuius sit æternitas. At si æternitas dicat modum existentiæ, sicut infinitas essentiæ, docet probabile. Prob. omne illud à quo abstrahit quidditas est modus, essentia, attributa, & quidditas abstrahit ab æternitate, ergo modus. 2 aduenit non varians rationem formalem; nam vt finitum, & infinitum non variat rationem formalem, ita æternum, vel temporale 3 si mundus esset æternus, adhuc eiusdem rationis esset, ergo non variat rationem formalem. ergo modus. 4 infinitas intensionis est modus; ergo infinitas extensionis, & durationis. 5 conuenit Deo non per habitudinem ad aliud, sed ex natura rei: nam omni alio circumscripto, & remoto adhuc Deus est eternus. 6 negatio pro formali perfectio non est, æternitas maxima Dei perfectio 7 addit existentiæ vniformitatem manendi, vnitas in forma ratio positiua. 8 habet vim coexistendi cuilibet successioni veræ, aut imaginariæ, ergo à parte rei positiuè 9 includit rationem durationis, & mensuræ; prius relatio est à parte rei, posterius ab anima. 10 Duratio supponit actualẽ existentiam rei durantis; cum res est, duratione manet, ergo saltim modus. 11 nulla res creata durat sua substantia, sed solus Deus, ergo modus superadditus. 12 à parte rei, & ante intellectum, ergo realis. Adde, eternitas velut vnum ex attributis Dei, ergo positiuus modus. Duratione, non existentia res formaliter, & intrinsecè durat. Si per impossibile essentia Dei raptim transiret, haberet infinitatem intensiuam, non hunc modum essendi nunc & sẽper. Duratio vt conseruationi, existentia creationi respondet. Existentia increata imparticipata; æternitas vniformitas manendi. Demum æternitas interminabilis vitę tota simul, & perfecta possessio; vitę vt subiectum & connotatum; interminabilis, quia excludit desitionem; tota simul sine successione, hæ relationes potentiales, vel aptitudinales supponunt aliquid ex natura rei in Deo, item negationes successionis, desitionis, dependentię intelligit, nequeũt absq; aliqua quantitate magnitudinis, & extensionis modo durationis perpetuæ, quæ fit ex natura rei in Deo. Vnde Dion de diu. nom. c. 5. Deus non modo existens, sed simpliciter, & esse existentibus, & ante secula. Item æternitas non mensurat esse diuinum, & intensiuam perfectionem Dei, sed quasi extensiuam perfectionem, quã dicit. Item negatio dependentiæ, successionis, desitionis, in aliquo positiuo à parte rei; & ratio formalis repugnantiæ,

tiæ, est ex modo reperto in Deo ex natura rei. Ratio coexistendi, & non deficiendi; supponit modũ in se sẽpessendi, & manẽdi.

Argues contra 1. negatio, defectus est, ergo non recte æternitas per negationem descripta, quod sit interminabilis vita. 2 duratio potius modus, aut affectio existentiæ, quam vitæ. 3 totum simul dicitur, cui simul sunt partes; Deus summe simplex, sine partibus; ergo æternitas non tota simul; 4 totum, & perfectũ idem, ergo repetitio inutilis, tota, & perfecta possessio. Ad 1 negatio defectus perfectio. negatio quæ directe excludit rationem positiuam; hæc in aliquo ex natura rei, & modo perenni vitæ Dei. Ad 2 vita interminabilis est perfectissima Dei existentia semper manens, viuere viuentibus ẽ esse. Ad 3 totum non relatiue ad partes; sed absolute, vt idem ac perfectum. Ad 4. geminatio ẽ ad diuersa, tota vt excludat successionẽ; pfecta possessio, vt tollat depẽdentiam, & participationẽ.

Arguent Plures Scotistæ, & Vulpius contra 2. ex quodl. 6 uita tantum indefinitione eternitatis posita ex natura rei; reliquas esse negationes, termini in manendo successionis in durando, dependentiæ in essendo. 2 ibidem; qđ per se importat, vel est negatio imperfectionis extrinsece; vel relatio rationis aptitudinis, aut potentiæ coexistendi cuiq. possibili 3. d. 2 q. 1. 2. sent. formaliter negatio desitionis desinibilitatis, successionis, & dependẽtię. 4 Sco. negat ẽe modũ intrĩsecũ existẽtię vt infinitas essentiæ, ergo si infinitas modus positiuus, æternitas non positiue se habet. 5 tempus negatio desitionis actu; æuum actu, & aptitudine, quia nil intrĩsece habet, vt deficiat; non potentia, posset extrinsece à Deo deficere; ergo æternitas indefectibilis, & negatio desitionis actu, aptitudine, & potentia. 6 existentia rei, quousque durat, nec deficit, nec desinit esse; ergo duratio vltra existentiam negatio desitionis. 7 existentia, quæ positiue est in re, perinde in instanti, ac per annum, & æuum; ergo in sola negatione desitionis duratio. 8 infinitas essentiæ modus entitatis, infinitas durationis modus manendi, ergo in sola indeficientia, non in infinitate essentiæ. 9 rem durare non est nisi manere in esse, ergo vltra existẽtiam nil positiue addit, tantum indeficientiam. 10 in actuali existentia superfluum est ponere mensuram positiue intrinsece distinctam à natura rei; nam assignari nequit, qualis sit; implicat concipere rem existentem, & nõ durantem. Permanentia, & continuitas essendi est; ergo non modus distinctus ab esse. existẽtia Dei æterna non intelligitur, nisi simpliciter indefectibilis; ergo negatio. Non est intelligere vltra infinitatem intensiuam essentiæ, vel existentiæ, aliam magnitudinem ex natura rei, quæ sit durationis perpetuæ; ergo super additum aut negatio, aut rationis relatio. Ad 1 vt fundamẽ-

G 2 tum,

tum, & subiectum; & sicut exi-
stentia perfecta; ex lit. R. 2 ibi
Scot. ait videtur, quia nostro
modo explicatur negatione. 3
existentia perfecta includit mo-
dum, & addit negationem. 4 in
ordine ad extrinsecum, negatio
imperfectionis, vel relatio apti-
tudinis, & potentiæ ad coexistē-
dum; sic nil ex natura rei. Ad 2
extrinsece, non intrinsece. 2 ex
alia probabili sententia. 3 quia
modus semper manendi est rei,
quæ non deficit, & explicatur ne-
gatione. Ad 3 negatio ex pro-
babili sententia, vt à nobis expli-
catur extrinsece. vt idem cum
existentia, & modus eius, vltra
non addit nisi negationem, aut
respectum. Ad 4 non est modus,
vt infinitas essentiæ, sed vt infi-
nitas durationis, & permanentię.
2 mensura ex natura rei distincta
à re. d. 2. q. 2. R. non tantum exi-
stens Deus, sed primum esse exi-
stentibus, & ipsum esse existen-
tium. Ad 5 negatio ob positiuū,
quod est in re; & ob modum qui
nil habet intrinsece vt possit de-
ficere. 2 negatio ad posse defice-
re est ordo posterior, supponit
modum in se, & esse tale. Ad 6
vt explicatur à nobis; at in se mo-
dus semper essendi est. 2 existen-
tia participatur à creatura, nō
æternitas, hinc addit ad illam. 3
non desinere, nec posse est ob
modum manendi, & essendi, qui
in re. Ad 7 idem, quo ad esse; nō
quo ad hunc modum essendi,
& manendi. 2 etiam conserua-
tio passiua non res distincta à
creatura, sed modus, multo ma-
gis intrinseca indeficientia Dei.
Ad 8 infinitas modus tantum
absolutus in Deo; æternitas,
etiā relationibus; hinc non idem
2 duratio, modus pertinens ad
extensiuam infinitatē. Ad 9 mo-
dus distinctus ab existentia; vt ēt
si res creata non duraret, fuisset
existentia, & modus. Ais si tolle-
ret Deus duratione, tolleret exi-
stentiam, ergo idem. R. quia mo
dus non sine re; potius è contra;
2 modus indeficiendi, non est si
ne intrinseca ratione præcisa vt
non deficiat. Ad 10 vt creaturā
pendere à Deo in fieri, & facto
esse; creari, & conseruari, non
eadem formalitas; sic nec esse, &
manere. 2 vt infinitas essendi est
magnitudo Dei intensiua; infini
tas durationis indiuisæ, magni-
tudo Dei extensiua. Permanen-
tia, & continuitas indiuisa, indi-
stincta, modus si non de quiddi-
tate, aut ratione formali; tamen
non sic exit rationem formalem
vt ad aliam reducatur, nisi ad il-
lam, nec facit rationem forma-
lem distinctam; vt nec intensio,
& remissio albedinis, quæ redu-
citur ad rationē formalem albe-
dinis, & ad genus eius. Ad id, in-
defectibilis, ob aliquid ex natura
rei; formalis ratio repugnantiæ
ad desinere, seu necessitas coe-
xistendi, est propter aliquid in
re; negatio non conuenit nisi ob
rationem positiuam. imperfe-
ctio deficiendi nō repugnat Deo
ob solam negationem. Ais si An-
gelus annihilatur cras, non ha-
bet alium modum intrinsecum,
quam si maneat in æternum; er-

go

go nec vltra infinitatem intensiuam Dei, alium modum magnitudinis, & durationis perpetuæ. ℟. dispar; Angelus defectibilis ab intrinseco; Deus ab intrinseco indefectibilis, hinc aliquem intrinsecum magnitudinis modum. 2 modus non variat esse rei; tamen suam habet rationem 3 negatio non constituit in modo perfectiori, quam sit entitas positiua; hinc si æternitas est modus perfectior, modo positiuo perfectior. Ais, satis infinitas intensiua essentiæ. ℟. infinitas, & intensio facit ad esse, non ad durare. 7 ad magnitudinem intensiue, non extensiue. 3 res, quæ raptim transit habet suam intensionem non modum extẽsionis; rem esse, non est durare vt nec creari, est conseruari. Ais nunc, & semper idem in Deo; & est, erat, erit in secula. ℟. quia modus non variat rem; quia est modus indiuisibilis essendi. quia non extrahit ab esse. quia nulla successio quia in nunc, & semper imbibitur. Ais, ita esset si per impossibile Deus statim desineret esse. ℟ quia æternitas indiuisibilis, æque perfecta, ac tota simul est in nunc, ac per secula; non quia non sit modus, & duratio Dei. Adde quod semper in Deo, nunc in Deo; si per impossibile statim fingas desinere; desineret, quo ad rem, & modum; & vt impossibile est non esse, ita non semper esse.

An Æternitas Deo, & soli Deo conueniat. 2.

AETernitas duratio entis à se, simpliciter necessarii, independentis, imparticipati, ex sua intrinseca ratione indefectibilis. Omnis autem creatura cõtingenter se habet ad existere, & non existere; & ex sola ratione creaturæ non habet esse ex se formaliter, circumscripta causa extrinseca dante esse. Quare si Angelus esset à Deo ab æterno creatus, vt possibile putat Scotus. 2. dist. 1. esset in æternitate vt in duratione extrinseca, non sui natura; sed virtute extrinseci agentis; & creatura ab æterno essetiens participatum, dependens & intrinsece defectibilis; tantum per coexistentiam extrinsecam esset in æternitate.

Dico. Tantum Deus sua intrinseca perfectione æternus; nec ulla creatura eterna dici potest quodlib. 6. 2. dist. 1. q. 3. Probatur prima pars. Isaiæ 17. habitans æternitatem. psal. 9. Dominus in æternum permanet 101. tu autẽ domine in eternum permanes. 2 Ansel. Monol. 20. transis omnia tempora, & semper es vltra. August. in psal. 101 Anni Dei æternitas Dei est. Greg. 16. moral. 1. 21. Deus hoc est, quod habet, æternitatem habet, sed ipse est æternitas; lucem habet, sed lux sua ipse est. Athanasius; non tres æterni, sed vnus æternus. 3 tantum Deus simpliciter indefectibilis, absolute carens potentia non essendi. 4 æternitas ponit impossibi-

sibilitatem, & negationem potentiæ simpliciter ad deficiendū 5 solus Deus ens à se, simpliciter necessarium, imparticipatum, independens, totum simul, ex intrinseca perfectione indefectibilis. 2 pars probatur. Omnis creatura contingenter se habet ad existere, & non existere; ergo sua quidditate defectibilis 2 omnis potest simpliciter non esse, si non tali potentia intrinseca, vt corruptibilia, saltim extrinsece, & à Deo; ergo nulla simpliciter æterna. 3 tantum æternitas est permanens, & caret possibilitate mutationis; nulla quæ non sit mutata de non esse ad esse; & non sit mutabilis ab esse in non esse. 4 æternitas ponit impossibilitatem deficiendi simpliciter, omnis creatura potest simpliciter deficere. 5 si aliqua æuiterna semper manent, vt Angelus, & anima; tamen possent non esse, nec semper fuerunt. 6 si vita beata est æterna, & semper manet, virtute Dei extrinseca. 7 si creatura posset fieri ab æterno, tantum æternitati coexisteret duratione extrinseca, & æternitate participata.

Argues 1 scriptura tribuit Deo partes, & differentias temporis præsens, præteritum, & futurum Apoc. 1. qui est, qui erat, & qui venturus est. dies, & annos, anni tui non deficient. principium, & finem Alpha, & Omega, 2 Philosophi putabant cælum, & intelligentias æternas; ergo nil repugnat. 3 permanentia esse posse æterna non implicat, Scot. 2. dist. 1. q. 3. ergo existentiæ creatę ęternitas. 4 æternitas formaliter, & intrinsece est duratio absq; principio, & fine; ergo si potest esse sine principio durationis, & æterna. 5 visio beata mensuratur æternitate, hæc est vita æterna, & creata res est. Ad 1 vt nostro modo, quæ Dei sunt capiamus. 2 quia coexistit omnibus differentiis temporum. 3 quia transit omnia tempora, & semper vltra est, Anselmus. 4 præterito, & futuro saltim imperfecte concipimus æternitatem semper fuisse, & futuram esse. 5 non intrinsece in Deo, sed coexistentia in illis 6 quo ad actus ad extra, & transeuntes, res priores, & posteriores aliæ præteritæ, aliæ futuræ. 7 principium, & finis, non quia habet terminum, sed omnia à Deo, & in Deum debent reduci. Ad 2 discordant Theologi; nec ponunt æterna, nec formaliter necessaria, quia possunt non esse simpliciter. 2 si de possibili creatura ab æterno, non æternitate, vt duratione intrinsece simpliciter indefectibili: sed tantum extrinsece virtute creãtis, & conseruantis. 3 cum potentia intrinseca ad deficiendum, si non corruptione, saltem possibili desitione. Ad 3 non intrinseca duratione; sed extrinseca dependentia. 2 æternitate participata. Ad 4 sine principio essendi formaliter, & sine causa efficiente. 2 essent æternitate participata. 3 essent post non esse ordine naturę. Ad 5 beatitudo nostra æterna, non quia simpliciter, ab intrinseco

sine potentia deficiendi; sed extrinsece Dei volũtate. 2 æuiterna quia semper manet, & perpetua, quia bonum, quod non potest à contrario corrumpi. 3 non ex se formaliter necessaria: ex rectitudine beati & Deo, quia nõ concurrit ad oppositum.

An æternitati insit successio, variatio, & mutabilitas. 3.

Aeternitas intrinsece duratio permanens, diuini esse formaliter infiniti, & imparticipati sufficiens est ad coexistendum omnibus differentiis temporum si omnes essent simul. Res ergo, quæ fluunt, aut successiue fiunt coexistunt illi, successione rerũ in æternitate, non fluxu æternitatis indiuisibilis; nihil reale ab illa successione recipit, tantum est extrinseca denominatio, & relatio rationis, seu potẽtialitas coexistendi omni possibili. imo nec in actu Dei, quo vult res ad extra, potest esse successio; quia si potest agere vnum, & non agere, pro nunc æternitatis, non tamen potest ambo opposita, nec simul, nec successiue; habet simultatem potentiæ ad ambo opposita; non potentiam simultatis ad illa simul, aut successiue; qa repugnat æternitati successio.

Dico Æternitati intrinsece repugnat successio, mutatio, variatio, & prius ac posterius. ex. 1. dist. 9. D. 39. Y. 40. A quodl 6 Pro. ex Boetio est interminabilis vitę tota simul, & perfecta possessio ex August. de ver. relig. c. 49. in ipsa æternitate nulla spatia temporis cerno. Ansel. Monol. c. 22. necesse est eam simul totam omnibus locis, ac temporibus esse præsentem. 2 prius, & posterius, ac successio destruunt naturam æternitatis; quæ est tota simul, & interminabilis vitæ perfecta possessio. 3 æternitas semper manet, omnibus coexistit; in ea nihil præteritum, vt iam non sit; nihil futurum, vt non dum sit; non est ibi nisi nunc, & est, ergo ergo nulla successio. Anteced. Aug. 5 de trinit. c. 16 apud Deum nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. 4 cum omnibus immutabiliter manet; nam si temporis differentiæ de nouo incipiunt, variantur res, successio fundatur in illis; non in æternitate, quæ potens est coexistere cuicumque possibili.

Arguent Hæretici, qui negant æternitatem esse indiuisibilem, & totam simul. 1 scriptura enũtciat de Deo temporis differentias; præteriti, ex vtero ante luciferũ genui te. psal. 109 futuri; quæcumque audiet loquetur, Io. 16. 2 duo contradictoria simul vera in nunc æternitatis; Petrus est, & Petrus non est. 3 plus extitit Deus ab æterno vsque nunc quam vsque ad natiuitatem Christi; & minus, quam erit in die Iudicii. 4 quæ coexistunt debent coexistere in cõmuni mensura; nunc est fluens, ergo & æternitas. 5 nunc æternitatis si indiuisibile, non esset præsens præterito, & futuro; vt nec pũctum coexstenditur toti lineæ. Ad 1 enunciantur præteritum, & futurum

turum de Deo, non vt consignificant differentias temporis in Deo: sed nunc æternitatis semper manens, Aug. hom. 99 2 quo ad effectus, & vt nostro modo explicemus ea, quæ Dei sunt. 3 quia eternitas formaliter indiuisibilis; virtute æquiualet diuisibili, vt anima in omnibus partibus tota, nec ipsa habet partes. Ad 2 contradictoria extrinsece succedunt æternitati; non simul; vt nec simul intrinsece sunt vera. 2 coexistunt vt sunt; non simul vera, nec coexistunt simul. 3 successio in rebus. Ad 3 plus secundum coexistentiam ad tempus, non in seipsa. 2 extrinseca denominatione, & terminatione; non variatione intrinseca. 3 nobis plus, qui tempore mensuramus. Ad 4 quę adequate coexistunt; æternitas mensura excedens, & infinita. 2 æquiualet tempori, non actu, sed virtute. Ad 5 indiuisibilis formaliter, virtute æquiualet diuisibili; punctũ formaliter, & virtute indiuisibile anima formaliter inextensa, virtute agit vt extensa, in oculo videt; in manu non videt. Ais si æternitas semper manet eadem, ergo res creata nunc, est creata ab æterno. nam æternitas caret partibus. ℟ non est adęquata cõmensuratio rei ad æternitatem, ab æterno non est res. 2 virtute æternitas ęquiualet innfinitæ successioni. 3 extrinsece res coexistunt, & succedunt; ideo res fiunt de nouo; æternitas indiuisa manet. Ais si æternitas indeficiẽs & inuariabilis, ergo est ipsa Dei immutabilitas; ergo ratio positiua. sequela; nam immutabilitas est indeficientia essendi ℟. immutabilitas ex infinitate essendi intensiua; æternitas ex infinitate durationis; ideo attributa, & modi distincti. 2 mutatio á potentia ad actum; vel ab esse ad nõ esse, Deus omni modo immutabilis; quia summe simplex, nihil potentiæ in Deo; quia necesse est esse; immutabilis, non potest ad nõ esse conuerti; ideo formalitates distincte, tantum identice & gratia materiæ idem; á plenitudine, & infinita necessitate essendi, prodit infinitas durationis, & immutabilitas; illa negatio actu, aptitudine, & potentia ad deficiendum simpliciter; hæc ad dependendum, nec ad acquirendum, tam simpliciter, quã secundum quid. vt simplicitas ad componere, & componi; nam purissimus est actus, & immutabilis. Hæ sunt rationes quibus explicãtur, & concipi possent a nobis; vt sunt in re, in patria.

DE IMMVTABILItate Dei.

TITVLVS. 8.

An Deus omnino immutabilis. 1.

IMmutabilitas; aut secundum substantiam, & esse, quæ opponitur mutationi a nõ esse, ad ẽe, & ẽ contra ab esse ad non esse simpliciter: aut opponitur mutationi

ni secundum accidens, qua res aliter se habet nunc, quam prius; quo ad accidentia intrinseca, vt scire, & velle, quantitas, & qualitas; aut extrinseca, locus, & vbi. Deus infinitus entitate, & perfectione, ei nihil entitatis, aut perfectionis deest, nec deesse potest; eo modo quo possibile est id haberi in aliquo vno, identice, aut formaliter; aut virtute, & eminenter; quodl. 5. L.

Dico. Deus simpliciter, & omnino immutabilis. 1. d. 8. q. 5. Probatur Malachię. 3 ego Deus, & non mutor. Iacobi. 1. Apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. psal. 161. tu autem idem ipse es. Aug. 7. de trinit. c. 6. omnis creatura mutabilis, solus Deus immutabilis. 2. ratione; mutatio dicit imperfectionem, & potentiam passiuā eius, quod mutatur; & defectum potentiæ in mutante. 3 essentialiter inuoluit carentiam vlterioris actus; Deus purissimus, vbi nil potentiæ. 3 quod mouetur ab alio mouetur, sed non ab alio, & alio in infinitum, ergo ad primum, & immobile. minor; si in infinitum in mouentibus, & motis; motus infinitus in tempore finito; nam cum aliquid mouet, ex eo, quod mouetur, simul mouet, & mouetur, & sic tota coordinatio mouentium, & mobiliū infinita, esset in tempore finito. 4 Deus, eo quod necesse esse, nō mouetur mutatione substantiali eo quod summe simplex, nec mutatione accidentali; ergo simpliciter immutabilis. 5 non mutabilis ad non esse; qui necessario semper existens, ego sum, qui sū, exodi 3. Anni tui non deficient psal. 101. solus habet immortalitatem Timoth. 6. Non ad locum quia vbiq; pręsens, cælum, & terram ergo impleo, Ierem. 23 non ad augmentum, vel defectum, Deo nil addi, vel diminui potest sēper est, qcquid est. non ad cognitionem, omnia nuda, & aperta oculis eius; Hebr. 4 nulla creatura inuisibilis in conspectu domini. Non ad volitionem; statuit ea in æternum. Non ad aliquod accidens, & alterationem; apud quem non est transmutatio; numquid ad iracundiam prouocatur Deus. Non ad aliquam vertibilem operationem; non est Deus, quasi homo, vt mutetur; ergo simpliciter incōmutabilis est Deus; stabilisque manens, dat cuncta moueri; Boet. Adde motus est ad quietē & ex indigentia; nulla re Deus eget.

Vrgēt qdā Hęretici; 1 omnibus mobilibus mobilior est sapientia sap 7. Deus est sapientia. 2 de nouo factus homo, cum antea non esset homo. 3 ex non creante, fit agens, & creans de nouo. 4 vult quædam fieri in tempore, quæ antea noluit fieri. 5 de nolente prius factus est volens. 6 refertur de nouo ad creaturam, quæ nunc est, & antea non erat. 7 exiit in tēpore de otio in actū; non agens, dum fit agens, alteratur, & mutatur. 8 Deus nunc scit ortum solis; nunc non scit ortū, sed occasum. 9 mutat consilium

prædicit Niniuitis subuersionẽ, Ezechiæ mortem; quorum neutrum accidit. 10 Nouit Dominus mutare sententiam, si noueris emendare delictum. Ad 1 mobilis sapientia, non passiue, vt moueatur; actiue, quia omnia mouet; vt animal sensibile, quia actiue sentit. Vel mobilior, quia actu habet id totum, quod motu potest acquiri, non quia a potentia exeat in actum. Vel vno intuitu omnia intuetur. Ad 2 factus homo, non per aliquid intrinsece nouum in Deo; sed per vnionem, & terminationem, quę est relatio dependentiæ humanitatis ad Verbum. Ais vere, & formaliter intrinsece Deus homo. ℟. non informatus humanitate, sed vt terminans, & substẽtans humanitatem. vel mutatione humanitatis, non Dei. Ad 3 non actu nouo, nec relatione, quam de nouo fundet, noua terminatione; eodem enim actu, quo Deus vult rem nunc fieri; voluit ab æterno vt fieret. Ais voluntas Dei iuncta est actui in tempore. ℟. vt creatura fit nũc & non antea: non vt velit nunc, & non antea; hinc mutata res, non Deus. Ad 4 creaturam ex tẽpore fieri, & non antea, est eam mutari, non Deum. Ad 5 non de nouo formaliter volens: eodem enim actu infinito ab æterno voluit, quæ voluit; sed pro tempore. Ais, quæ semel voluit fient, vbi libertas? ℟. q̃ voluit, vt fierent libere, à nobis libere fiũt. Voluntas Dei non tollit a rebus libertatem, ita vult, vt motus nostros sinat. libertas nostra, nõ sine prima Dei libertate. Ad 6 relatio in creatura, quæ recipit esse, non in Deo, qui terminat solum respectum rationis. vel sola denominatione extrinseca; non per aliquid, quod re Deo insit. Ad 7 vbi esse non est agere, exitus ab otio in actum motus est. agere Dei est esse, quicquid agit sine motu agit. 2 velle æterno, vult pro tempore; fit agens non actu nouo, effectu de nouo. Aperta ianua sol illuminat non mutatione sui; in domo. Ad 8 mutatio nõ in Dei scientia, q̃ eadem; in obiecto, & re, quæ variatur. 2 cras, & hodie, mane, & vespere; nunc sic, nunc non sic, non in Dei scientia: sed in sole; qui nobis oritur, & occidit. Ais mutato obiecto, mutatur scientia. ℟. si causata ab obiecto; si actio distincta a substantia; si accidens, quod insit; scire Dei est esse Dei, increatum, & æternum, quod ab obiectis secundariis non pendet; & quibus mutatis, non mutatur. Ad 9 non mutauit Deus consilium, quod ab æterno secum habuit: sed sententia in tempore, qua Niniue subuertẽda iuxta merita; & Ezechias moriturus iuxta causas inferiores; non necessitate diuinæ potentię. Ad 10 mutãtur volita, non æterna Dei voluntas. 2 mutatio in rebus iuxta Dei voluntatem, & præscientiam; ita in æterna Dei præscientia, & infallibili beneplacito. 4 quo ad voluntatem Dei exequentem, quæ habet comitem nostram voluntatem; nec

saluat

saluat nos sine nobis; quæ parcit penitenti, & præsto est facienti. Authoritates, quæ in Deo motum insinuant. Misticè, aut secũdum causalitatem debent exponi.

An immutabilitas possit creaturæ communicari. 2.

ENS infinitum, quod habet totalem plenitudinem entitatis, pro vt potest esse in aliquo vno; aut formaliter, aut virtute, & nequit esse in potentia, aut alterius perfectionis capax. At omne ens finitum; & creatũ, quia essentialiter ens participatũ semper est in potentia ad aliquid & mutatione capax; quodlibet. quinto.

Dico. Nec datur, nec dabilis est creatura immutabilis. 1. dist. 8. quæst. 5. Prob. 1. Timoth. 6. solus habet immortalitatem. 2 ex se omnis creatura indifferens est ad esse, & non esse; ita vt creatione sit, si non erat; annihilatione possit non esse, quæ est; ergo mutabilis. 3 intrinsece, & essentialiter omnis est finita, dependens, nec habens plenitudinem entitatis, ergo in potentia ad aliquam perfectionem. 4 immutabile, vel ad accidens; vel quia incorruptibile; vel quia nulla in eo potentia ad non esse; omnis habet accidens, & accidentium susceptiua; vel quo ad totum; vel in toto, aut secundum partes; etiam prima intelligentia post Deum, ab vna operatione transit ad aliã ab intellectione procedit ad intellectionem; qua si potest in quoduis intelligibile, id non simul, quia non infinita, ergo successione, & cum mutatione. si incorruptibilia, vt corpora cælestia; nõ tamẽ à motu res immunes; nec ab omni mutatione, & mutabilitate; nam possent, ex se totaliter esse desinere, saltim annihilatione. 5 natura inuariabilis simpliciter non datur; id enim solius est Dei; nulla creatura habet, vt se ipsa stare possit, sed à Deo; ergo nulla intrinsece immutabilis, & omnia tenderent in nihilum, nisi manutenentia omnipotentis Dei conseruarentur, Gregorius.

Argues. mutatio est secundum locum, & tempus, August. sup. Gen. aliqua sunt extra tempus, locum, & semper; vniuersale est semper, & vbique; primo post. cælum empyreum extra locum. 2 Angeli, & animæ non dependent à tempore; ergo immutabiles. 3 Accidentia vltima, tam spiritualia, quam materialia non sunt amplius susceptiua vlterioris perfectionis, ergo immutabilia subiectiue. 4 forma est inuariabili essentia consistens, lib. sex. princ. ergo immutabilis. Ad 1 vniuersale mutatur ratione ei' in quo est, & in suppositis. vel semper est, non actu, sed vnde possit fieri. Empyreum mutatur ratione contenti; nunc continet, quæ non prius, Bonau. mutatur a potentia Dei, imo ab intelligẽtia creata; nam corporalia in motu locali subsunt Angelis, Riccardus. Ad 2 non sunt natura

immutabiles, quia accidentia de nouo suscipiunt; quia in substantia possent deficere, esto nõ deficiant; habent potentiam ad non esse simpliciter, si non intrinsece, vt corruptibilia, extrinsece, & per annihilationem. Ad 3 non posse mutari ex plenitudine essendi perfectio est, & solius Dei non posse esse subiectum alterius ob exiguam entitatem, & quia rei vltimo insunt, nil refert. Vel si non vt q, vt quo mutantur, si non variantur, variant; si non suscipiunt, suscipiuntur. Ad 4 forma inuariabilis subiectiue, nõ terminatiue. est qua motus, & ad quam motus; non in qua motus.

An Sempiterna, Cælum, Intelligentiæ, & substantiæ separatæ sint in essentia immutabiles. 3.

ARistoteles, & Auicenna putabant cælum, & intelligentias esse entia ex se formaliter necessaria; & consequenter immutabilia; ac sine potentia ad mutari secundum substantiam, nec posse transire de non esse ad esse simpliciter; nam si emanant immediate à Deo, & necessario, etiam ad ipsum necessario se habent. At contradictio est Arist. aliquid esse ex se formaliter necessarium, & ab alio causatum, & dependens. similiter si causa prima naturaliter, & necessario causaret ad extra, causa secunda nihil causaret; nam causa prima prius naturaliter respiceret causatum; & secundum vltimum potentiæ naturaliter prius causaret. Item nulla in rebus contingentia, nam si Deus ageret necessario ad extra, etiam necessario moueret; at causæ, quæ agunt in quantum motæ, si necessario mouentur, necessario mouent. Ideo necessarium ex se formaliter, qđ potest esse sine quouis reali non necessario extra se; nec extra Deum aliquid habet esse necessarium, sed possibile, dependens, & ab alio.

Dico. Corpora cælestia, & substantiæ separatæ, nec ex se formaliter entia necessaria; nec secundum substantiam intrinsece immutabilia. 1.d 8.q.5.quodlib.7 contra Arist. Prob. implicat, quid esse ex se formaliter necessarium & causatum ab alio; omnia à Deo ergo nil ex se necessarium. Maior quod pendet ab alio in esse, & conseruari; eo non causante, aut non agente non est, ergo nec ex ex se necessarium est. 2 quæ extra Deum sunt petunt causari, & cõseruari ab alio; ergo simpliciter necessaria non sunt. Antecedens; dependent, subordinata, & ordinem essentialem habent ad primum. sequela, ex se necessaria, quouis alio à se sublato, sunt. 3 Deus ad extra non agit necessario; ergo nil causatum extra, est formaliter necessarium. sequela; sic formaliter est res, vt ab efficiente est sibi datum esse; eo modo res causata est, vt causa dedit esse. Antec. si necessario, & secũdum vltimum sui posse ageret, cum sit infinitæ virtutis, simul omnia

omnia egisset; solus omnia causasset; nam causa prima prius natura respicit causatum, ergo si naturali necessitate causaret, & in quantum posset; totaliter omnis effectus esset à prima, & nulla possibilis actio à secunda. Itē nulla contingentia in rebus; nam causæ, quæ motæ agunt, eo modo mouent, quo mouentur, ergo si necessario mouentur, necessario mouent. Item nulla libertas; implicat libertatem esse in effectibus, & non in causa; vt enim esse est à causa, ita & modus agendi; ergo prima agente necessario, omnia necessario euenirent. 4 Deus ad extra non est causa necessaria, ergo nullum ens extra Deum formaliter necessarium. Antecedens necessitas causandi, vel habitudo necessaria ad effectum imperfectio est; ergo Deus cum indifferentia, & libertate agendi.

Probatur 2 pars. nil extra Deū est ens necessarium, ergo nil, qd non possit non esse. 2 libere omnia pendent in esse, & conseruari à Deo; ergo non ita sūt, vt eis repugnet non esse. 3 Angeli, & celestia, non sic sunt, vt seipsis stent; nam dependentia sunt, & si in nihil non cedunt, bonitas Dei est. 4 actu, & potentia non posse deficere solius est Dei. 5 immutabilitas simpliciter tollit mutationem in substantia, in accidente, in toto, in parte, actu, & potentia, omnis creatura si non est accidens, habet accidens; si non mutatur actu in substantia, mutatur in accidente; nam calestia mutant vbi; sæpe priuantur parte luminis. Angeli ab vna operatione transeunt ad aliam; si nō desinunt esse actu, possunt desinere. si cæli negant desitionem actualem, forte aptitudinalem, quia nil inclinat ad sui non esse, non tamen potentialem, qua possent desinere esse.

Arguet pro Arist. contra primum. Deus necessatio est, ergo quæ immediate à Deo necessaria sunt. sequela; operari sequitur esse, ergo quale est esse causæ, tale est agere; & qualis actio, talis effectus actionis. 2 in ente necessitas melior contingētia; in Deo meliora. ergo necessitas agendi. Maior; contingentia ponit priuationem, & defectum. 3 modus agendi Dei, debet colligi ex operibus immediatis Dei; opera immediata cælorum, eorum motus, influentiæ, naturaliter, & necessarię sunt; ergo Deus naturaliter, & necessario agit. 4 si libere, posset agere, & nō agere, & mutari. 5 in Deo idem est esse, posse, & agere; ergo vt est, agit. 6 nō timendum cælum quiescere 9. met. 17, si contingentur ageret, timendum valde. 7 cæli necessario mouent, & agunt, ergo Deus. sequela; quæ vt mota agunt, si necessario mouent, necessario mouentur; & in essentialiter ordinatis, posterius non causat necessario, quin prius.

Ad 1 necessitas essendi perfectio; necessitas actu causandi alia à se imperfectio: nam dicit habitudinem necessariā ad aliud extra se. vel operari sequitur esse,

quo

quo ad quid, non quale; est ab esse: sed non necessario tale, quale est esse. Vel necessaria sic sunt, vt quouis circumscripto adhuc sint, Deo non causante, nihil esset; ideo præter Deum nil necesse. Vel quæ emanant à Deo, & sũt Deus, vt personæ diuinæ; non quæ sunt extra Deum. Ad 2 necessitas agendi melior; at non agendi extra se; hæc enim ponit necessariam dependentiam ad causatum. Vel contingentia quæ dicit defectum; non facultas, & libertas agendi, & non agẽdi. Ad 3 motus cæli quidem necessarius necessitate mobilis; non ex parte mouentis. Vel quia non deficit; non quin possit extrinsece deficere, vt deficiet. Ad 4 mutantur res; non Deus. Vel si actu nouo Dei, mutatio esset in Deo: sed quia actu æterno Dei, pro volito de nouo in tempore; mutatio est voliti, non Dei; vel actu Dei vnico, qui infinitus est, inuariato, vult rem esse pro vno nunc, non alio. Ad 5 Deo idem, quia agere non est accidens, sed Dei substantia, transitus tantum ad obiecta volita extra se, non est coactus, nec necessarius. Vel Arist. 3. phys. idem esse, & posse in æternis; quia posuit æterna extra se necessaria. Vel idem, quia in eis non est materia partis, quæ proprie est potentia, nec vera compositio. Ad 6 in opinione Arist. at rei veritate, cælum, & terra transibunt. Vel non ex parte mobilis; sed ex parte principii mouentis; quo non causante, aut non mouente, nil causaret, nil moueret. Ad 7 non in ordine ad Deum: sed ad alia; nullum enim agens creatum est, qui possit eorum motus impedire. Vel nil necessarium simpliciter respectu Dei. Vel necessitas suppositionis talis naturæ, & formæ datæ à Deo. Ais cum causis necessario agit Deus, cum liberis libere. ℞. sensus est, qa eis ꝓbet necessaria vt agãt necessario; nõ qa actio Dei ad extra necessaria sit.

Argues contra 2. partem. Cælum aut caret materia, aut si habet eam, non est priuata sua forma, nec in potentia, & caret cõtrario; ergo substantialiter immutabilis. 2 Angeli intrinsece non habẽt, quo corrumpantur, & substantialiter immutentur; quia spiritus puri, & perennes. 3 nulla potentia est intrinsece ad non esse, ergo nulla creatura potentia simpliciter defectibilis. 4 si Deus necessario, & naturaliter oĩa causaret, cũcta ẽent necessario ĩmutabilia; ergo ex hoc, ꝙ libere causat. sequela; ꝑfectio nõ deest causato obmodum dignioꝛem causandi. 5 nulla variatio in beatis, ergo nulla mutatio. 6 necessitas, quæ tam digna est ad intra, cur non ad extra?

Ad 1 Cælum intrinsece corruptibile, non corrumpitur, quia non est agens potens vincere hanc formam 2.d.14.q.1.E. & quia Deus præbet concursum vt sit, non aufert ne sit. Ad 2 Angeli si nõ mutabiles corruptione, quia carent materia; mutabiles totali desitione, quia possent non esse; si incorruptibiles, quia intrinsece

ce

ce carent contrario, non tamen inuariabiles, quia possibile est nõ esse. Ais, posse non esse à Deo, nõ est rem intrinsece esse mutabilẽ. ℞. non mutabilem corruptione; sed quidem totali desitione. & quia per Deum possunt non esse intrinsece habent, vnde non sint. nec potentia Dei est ad impossibile; & ideo res possunt annihilari, quia potentia in eis respectu Dei, indifferens est ad esse, & non esse. Ad 3 in genere, non extra genus. Potentia naturalis, non neutra; vel ad Deũ. vel potentia secundum quam inclinamur; non qua conditione naturæ possumus deficere. Ad 4 pugnat Deum naturali necessitate extra se causare: nam causare est in natura distincta; producere naturaliter est in eadem. 2 naturaliter, & necessario extra se Deus nequit agere, quod.n. ab agente naturali fit, adequatum ẽ illi; nil extra Deum æquari potest Deo. 3 dato impossibili, qđ naturaliter causet, aliud inferas omnia esse necessaria: sed quia libere, & vt vult effectus, pro vt vult facit; conditio effectus sequitur ex modo agendi causæ. Ais velit Deus facere necessariũ. ℞. si necessarium esset, iam factũ non esset. Necessarium non fit extra Deum, quia nequit fieri; id vult, & potest Deus velle, quod possibile est vt velit. Ad 5 nulla actu erit; sed non impossibilis. Nulla stante concursu Dei, & rectitudine, in qua beati sunt firmati: sed natura non est inuariabilis. Nulla in substantia obiecti primi, quo ad alios effectus, notitia in beatis variari potest; & plura possunt scire quam sciant; in corporibus erunt agiles, & poterunt moueri. Ad 6 est ad intra in Deo, vbi si quid esset necesse, ab alio à se cogeretur Deus, quare pura immutabilitas, quæ negat actu, aptitudine, & potentia variationem in esse, & agere; in actu primo, & secundo; quo ad totum, & partem, tam substantiæ, quam accidentis solius est Dei. qui purus actus summe, & perfecte simplex sine partibus & absq. vllo accidente, impermutabilis est, & incommutabilis Deus in æternum.

DE IMMENSITATE Dei.

TITVLVS. 9.

An Deus sit immensus. 1.

VT infinitas est modus perfectionis essentialis entitatis Dei. Æternitas modus in duratione Dei. ita immensitas præsentialitatis Dei ad res. Infinitas cum negatione limitis in essentiali perfectione Dei; æternitas cum negatione deficientiæ in negatione termini præsentiæ Dei. immensitas ergo est modus intimus diuinæ virtutis, quo Deus simul omnia attingit, præsens est omnibus rebus actu existentibus, vel potentibus existere. In ratio-

ratione formali immensitatis nō clauditur actualis coexistentia ad res; sed aptitudinalis; nam actu coexistere Deo ab æterno non infuit; sed ex tempore; & tamen semper immensus; sicut omnipotentia addit respectum aptitudinis ad possibilia, quia esto non produceret, adhuc formalissime omnipotens. vel immensitas intrinsece habet vt rebus actu coexistat: sed non vt res existant. At quia immensitas perfectio simpliciter est, dicit pro formali rationem positiuam, vt fundamētum proximum, quæ est infinitas præsentialitatis; immutabilitas vniformitas infinitatis essentiæ; æternitas necessitas sēp manē di illius infinitæ entitatis. simplicitas actualitas purissima illius essentiæ. infinitas quantitatis virtutis, & essentialis perfectionis essentiæ; his & similibus explicamus non modo per negationes; sed per affirmationem; & pro vt à nobis imperfecte concipi possunt. præsentia ergo rerū in corporibus est infima, & imperfecta, & cum circumscriptione limitata partium ad partes, & totius ad totum locum. In Angelis spiritibus perfectior, nam per simplicem, & realem substātiæ præsentiam, non circumscriptam, & coextensam; sed diffinitiue, quia finitæ substantiæ finitam, & diffinitam sphæram exigunt. At essentia Dei illimitata, & infinita infinitam, & illimitatam habet præsentiam.

Dico. Deus formaliter ē immensus, & absque limite suæ præsentiæ. 1. d. 37. d. 39. B. 2. d. 2. qu. 6. Prob. psal. 144. magnitudinis eius non est finis. 2 Paralip. & 4. Reg. cæli cælorum te capere non possunt. 2 Ambros. lib. de spir. sanct. nihil præteritum, nihil circumscriptum, nihil diuisum habet. Aug. de præscientia Dei; Adest rebus omnibus, & singulis totus. 3 Vt Deus entitate infinitus, duratione æternus, sic præsentia incircumscriptus, & immensus. 4 Virtus est vltimum, in quod res potest, 7 phys. Deus cui nihil entitatis deest, infinitus; quia semper est, æternus; quia operatione attingit omnia, omnipotens; quia inter omnia, nec clauditur termino eius præsentia, est immensus. 5 limitatio, & finitas imperfectio est; si non semper esset, limitatus esset secundum tēpus, ergo si non immensus, & omnibus præsens limitata eius præsentia; vt. n. æternitas coexistit omni tempore, immensitas omni loco, & omni rei. 6 si non immensus, metiretur, & clauderetur Dei præsentia.

Argues. Omnia sunt in Deo, Aug. lib. 73. q. 20. ergo si Deus in omnibus, omnia essent in omnibus. 2 nunc res sunt, antea non erant; ergo præsentia Dei mutatur, si Deus illis sit præsens. 3 esse in aliquo est contineri ab eo; Deus continet, non continetur à rebus, ergo non in rebus. 4 quæ sunt eadem in tertio, & inter se; ergo quæ simul in tertio, & simul inter se; ergo si Deus simul in rebus, res essent simul. Ad 1 omnia in Deo, vt effectus in causa;

ſa; ac virtute, & eminenter: ſed Deus eſt in omnibus, quia dat eſſe, & conſeruat omnia. 2 quia Deus immenſus eſt in omnibus: ſed quia res immenſæ non ſunt, non omnia in omnibus; nec termini reciproce ſumpti. Ad 2 reſpectus præſentiæ ad res, mutat creaturam, quæ de nouo eſt; nō Deum. vel ſola terminatio in Deo ad id, quod in tempore eſt. vel immenſitas in Deo per modum actus primi; actus ſecundus tantum ponit denominationem in Deo. Adde; immenſitas Dei non eſt in potentia, nec ex eo, quod fit actu rebus præſens, aliquid de nouo in Deo; ſola denominatio; ſicut ex hoc, quod effectus de nouo producitur, nihil reale de nouo in Deo. Ad 3 quod eſt circumſcriptum, & cōmenſuratum ab eo in quo continetur: ſed quod eſt immenſum non continetur. vel ſi eſt in aliquo vt conſeruetur; non ſi dat eſſe, & conſeruat. Ad 4 ſi tertiū eſt commune, & illimitatum, ex identitate duorum in tertio, nō ſequitur identitas extremorum; nec ex ſimultate ſimultas; nec ex vnitate vnitas; animal, & lapis idem in ente, non tamen idē ens.

An Deus ſit vbique. 2.

VBi non ſumitur nunc, vt forma proprie diuiſibilis, ſecundum quam poteſt per ſe, eſſe motus; quæ non conuenit niſi diuiſibili, & per modum diuiſibilis ſe habenti, & conuenit corpori, quod loco extenditur: ſed pro ſimplici præſentia ſecundum quam ſubſtantiæ ſpirituales replent locum, ſubſtantiam loco exhibent, & in loco indiuiſibiliter ſunt diffuſæ. Hinc aliud eſt, Deum eſſe rebus intime præſentem; & Deum eſſe vbique præſentem omnibus rebus, etiā ſubſtantiis; vbiq. per modum replentis, & vbi eſt ratio loci; ſic id dicitur vbique, quod omnia loca replet.

Dico. Deus non modo rebus omnibus eſt præſens: ſed vbiq; eſt, & omnem locum replet. 4. d. 10. q. 2. ad 1. d. 37. 2. d. 2. q. 6. *Probatur* Ierem. 23. Cælum, & terrā ego impleo. ſap. 1 ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, pſal. 138. Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero ades. 2 Aug. de præſ. Dei; fatendum vbique eſſe Deum, per diuinitatis præſentiam, non vbique per inhabitantem gratiam. Baſil. orat. in Euang. Ioan. totum, quod noueris, aut ſpiritu penetraueris, Deo plenum inuenies Chriſo. Hom. 17. in Gen. non ambulat Deus, qui vbique eſt præſens, & omnia implet. 3 Deus immenſus ergo vbique. ſequela, id enim immenſitatis eſt proprium. 4 Deus eſt realiter intime præſens omnibus reb. pro vt dicunt preciſā rationem ſubſtantiæ; ergo & omnibus locis, pro vt dicunt quantitatem, & vbi; non minus enim immenſus eſt Deus, per ordinem ad ſubſtantiam, quam ad totum id, quod eſt. 5 eſſe occupatiue in loco, corporum eſt; diffinitiue hic, & non alibi, ſubſtantiæ finitæ eſt; immenſiue, & vbique ſolius

lius Dei. 6 substantiæ spirituales exhibent seipsas locis; sed quia finitæ entitatis non in omni loco; ergo Deus immensus in omnibus est. 7 si esset immensa magnitudo repleret omnia loca quantitatiue; ergo quia Deus immensæ substantiæ replet omnia substantia. 8 nullum est vbi, in quo Deus non sit, secundum essentiam, potentiam, præsentiam.

Argues August. lib. de essentia Deitatis; Deus illocabilis, nec de loco ad locum transit. Ansel. in monolog. c. 20. conuenientius Deum esse cum loco, & tempore; quam in loco, & tempore. 2 si totus vbique, ergo definitur loco; nam totum cuius nil est extra. 3 si replet omnem locum, nulla substantia spiritualis in loco; sequela; adæquat Deus omnem locum, ergo nequit excedi a loco, vt aliis repleatur. Item, quæ habent eumdem modum essendi in, non simul, duo corpora, vel duo Angeli. 4 indignū in loco turpi esse Deum. 5 esse in loco, & qualitatibus loci non affici, consonum non videtur.

Ad 1 illocabilis per sui motū. vel vt diffiniatur à loco; non quia absens à locis. Ad Ansel. nō in loco, & tempore, vt diffiniatur, circumscribatur, & mensuretur his, ac contineatur ab his, sed vt repleat, & coexistat cum his. Ad 2 totus vbique, quia nil entitatis, & perfectionis deest, nisi quia ita hic, quod non alibi. vel totum, quod habet partes, nil eius est extra: non Deus indiuisus, & immensus. Ad 3 si esset in loco cum modo implicante, ne alia sint cum eo: modus essendi Dei in loco, non aufert ab aliis, ne sint; imo potius conseruat, regit, tuetur, causa est vt sint. vel qui adæquat commensuratiuo modo, & per dimensiones, non modo indiuisibili, & sine dimensionibus. vel in eodem ordine forte plura adæquata, vt plura corpora; nō in subordinatis essentialiter vt Deus, & Angelus. Ad 4 si posset infici; non sic Deus, vt nec sol ex luto. Ad 5 id de loco conseruante, & continente; Deus in rebus, & vbique, non quia illis egeat: sed omnia Deo egent, & sine Deo non sunt.

An Deus sit in rebus, & vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam. 3.

Deus non sic vbique, vt ad modum corporum repleat omnia loca occupatiue; nec solum effectiue, quia omni loco dat esse, & virtutem locandi, & communicat esse illis: sed etiam vbique, quia exhibet se, & in toto loco indiuisibiliter est diffusus; vt cæteræ substantiæ spirituales citra Deum, in loco sunt diffinitæ, vt si in vno, nō in alio, quia finitæ entitatis: at Deus infinitus, & immensus, nequit determinato loco definiri; sed vbique, & in omni loco est.

Dico. Deus vbique in omni loco, & in omnibus rebus, per essentiam, præsentiam, & potentiam. 1. d. 27. d. 39. 2. d. 2. qu. 8. 4. d. 10.

20.q.1. Probatur; est per essẽtiã, quia omnibus coexistit, per realem suæ substantiæ exhibitionẽ; per potentiam, quia omnibus dat esse, operari, ac cuncta cõseruat; per præsentiam, omnia in suo prospectu habet, & sua notitia intime penetrat. 2 immediatione suppositi, virtutis, & cognitionis omnibus adest, ergo per essentiam, potentiam, præsentiam. 3 non longe abest ab vnoquoque nostrum, ergo per essentiam; omnia per ipsum facta sunt, ergo per potentiam; omnia nuda, & aperta oculis eius, ergo per præsentiam. 4 Deus immensus, omnipotens, omnisciens; immensitate est per essentiam; infinitate virtutis per potentiam; omnisciẽtia per præsentiam. 5 hi modi essendi possent præscindi ab inuicem suis rationibus formalibus; interdum quis adest, sed non videt; interdum videt, sed non potest; interdum posset, sed non est præsẽs; Deus adest, videt, potest; ergo per essentiam, præsentiam, potentiam est in rebus.

Arguent Thomistæ, qui volũt Deum esse in rebus per essẽtiam, quia eis immediate dat esse; & causa est vt sint; per præsentiam quia omnia videt, per potentiã, quia omnia creat. 2 si per præsentiam, quia in suo prospectu omnia videt, ergo eque in rebus, quæ sunt, & quæ non sunt; æque enim videt, quæ non sunt, vt ea quæ sunt. 3 cognitum est in cognoscente; ergo ex eo, quod cognoscit res, non est in rebus. 4 si per potentiam, quia dat esse, æque potens Deus ad res, vt cum sunt, & ante quam essent; ergo in ipsis per potẽtiam, antequam essent. 5 vna simplici relatione præsentiæ sufficienter creatura potest Deum respicere, ergo non tot destinctis modis. Anteced. relatio vna vbi terminus, & fundamentum vnum 6 si modus essendi per præsentiam, est per cognitionem, ergo est esse cognitum, diminutum, secundũ quid & non modus essendi realis. sequela, creatura cognita fundat relationem rationis. 7 vna simplicissima Dei immensitas, ergo vno simplici modo in rebus. 8 adhuc Deus in iustis per gratiã, in beatis per gloriam, in humanitate assumpta per vnionem hypostaticam.

Ad 1 non distingunt modum essendi per potentiam, & per essentiam; nam esse in rebus per potentiam, est immediatione virtutis, per essentiam immediatione suppositi; ipsi vtrobique ponunt immediationem virtutis; vel Deus non modo est in rebus per effectus: sed per realẽ præsentiam; ideo esse in rebus per essentiam, plus est, quam adesse, vt dantem esse. Ad 2 dum non sunt videt obiectiue, & sunt in eo obiectiue: dum sunt, videt præsentes, & coexistentes realiter intuetur. Ad 3 in esse obiectiuo, & similitudine rei cognitæ, non terminatiue, & quo ad uim cognoscendi, hæc enim est quoque terminata ad res, vsque ad intima rei cognitæ. vel in no-

titia abstractiua rei absentis,non intuitiua rei psētis:hęc.n.supponit res. Ad 4 ęque potēs:sed nondum esse dedit. vel in his, quæ actu sunt Deus actu est;in his quę possibile est vt actu realiter sint, possibile est vt à Deo sint, & in illis Deum realiter esse. Ad 5 ex subiecto, & termino materialiter sumptis,non variatur relatio sed ex ratione fundandi, & terminandi distinctis; pendere in esse a Deo, coexistere Deo, & cognosci à Deo distinctæ sunt rationes terminandi, & his respondent in Deo, formalitates saltim virtute, & eminenter distinctæ. Ad 6 esse in notitia Dei est obiectiuum, & secundum quid rei; esse à parte rei, quod est cognitum à Deo est reale.vel res cognita, quæ potest esse, diminuta; quæ est, realis. Ad 7 immensitas essentiæ, virtutis, & intellectus formalitates distictæ. Ad 8 hic de illapsu generali, quo est in rebus,non de speciali,vt in iustis, & beatis; nec specialissimo per hypostaticam vnionem. imo adhuc in Ecclesia per assistentiam, & directionem; in cælo per gloriam, & maestatem; in inferno sua iustitia, & condigna retributione.

An Deus sua immensitate sit in spatijs imaginarijs extra mundum. 4.

ERror inter Philosophos extitit; & Anthropomorphitæ hæretici tempore Damasi Pape, dixerunt,Deum corporeum & consequēter in loco determinato esse. Alii, Deum non esse vbique, sed in cælo,siue in loco sursum;vnde Arist. 1 cęli 100.Deum,& intelligentiam extra cælũ, vbi non est corpus, nec locus, nec tempus,nec motus, sed euũ sempiternum. Fides; Deum esse vbique, in omnibus rebus. cælum,& terram ego impleo; non longe abest ad vnoquoque nostrum. si ascendero in cælum,tu illic es. Dubium an sint extra cælũ spatia imaginaria,& consequenter Deus in illis.

Dico. Extra mundum spatia imaginaria, non esse, nec consequenter Deus in illis est. Scot. 1.dist.37. B. & C.d.39. Probatur primum. ex 4 phys. 66.in vacuo nullæ positiones, quia nihil est. 76.vacuum vere vacuum, quia nihil. 82 vacuum non est, ergo extra cęlum non est spatium,seu capacitas recipiendi corpus,apta repleri. 2 extra cælum nil reale est, ergo si quid fingas, per intellectum est, vel nihil. 3 capacitas recipiendi corpus dimensiones habet, nec sine longitudine,latitudine, profunditate:sed hæ sunt differentiæ quantitatis realis, ergo non extra cælum, vbi nil reale.4 hoc spatium non est à Deo efficienter, ergo si esset quid à parte rei, independenter à Deo esset.5 implicat spatium, distantiam, capacitatem,vel resistentiam esse, vbi nil omnino est. 6 hæc actualis capacitas receptiua corporis fuisset ab æterno,nec consisteret in sola negatione repugnantiæ, ergo aliquid positiuum sine Deo. Anteced. negatio repugnantiæ supponit, quid

quid positiuum, quia negatio negationis non est absque positiuo; & quod aliquid negat, tollit id quod negat, ergo capacitas positiua sine Deo. 7 esset distantia infinita apta repleri corpore sed corpus infinitum non est dabile; ergo nec capacitas apta repleri; quæ sunt correlatiua. 8 nõ repugnantia, vt Deus creet nouum mundum, vbi non est, nihil à parte rei formaliter extra potentiam Dei est; sed sola virtus Dei omnipotentis ad id; ergo non est quid extra Deum, potẽs fundare, vel terminare relationẽ realis præsentiæ. 9 capacitas, & non repugnantia, semper in subiecto positiue radicari debet, sed nil positiuum extra cælum, ergo mera negatio nostra mente conficta. Maior, si capacitas habet rationem priuationis, & aptitudinis semper supponit positiuum, in quo aptitudo connotata per priuationem fundatur; 10 vltima sphæra non est in spatio, vt in loco, sed in seipsa, & negatiue in loco; quia non habet corpus, quod illam cõtineat ergo quia nihil extra cælum, nec fingenda capacitas, spatium inane, dimensio apta repleri.

Probatur secundum, quod nec Deus in spatiis imaginariis. 1 Tertulli. li. c. Praxeam c. 5 ante omnia Deus erat solus, ipse sibi mũdus, locus, & omnia. August. in psal. 122 antequam Deus faceret sanctos, & cælum; vbi habitabat? in se, & apud se Deus. Bern. l. 5. ad Eugen. non est, vt vltro, queras, vbi erat; nam præter ipsum nihil erat; ergo si in spatiis imaginariis alicubi erat, non nullibi, in seipso tantum. 2 extra mundum nihil reale est, ergo realiter Deus ibi non est. sequela: res non est alicubi præsens nisi realiter aliquid sit, cui præsens fiat. 3 præsentia realis est positiua relatio, & simultas duorum in coexistendo; ergo quæ non sunt, nec simul erunt; spatia nihil sunt, ergo nec Deus in illis. 4 quod in se non est, nec cum eo, vel in eo aliud est; spatia nil sunt ergo in eis Deus non est. Maior, prius est esse, quam simul esse, vel in eo, & cum eo esse. 5 vt æternitas est tota simul, indiuisibilis, & infinita duratio, & coexistentia in rebus, quæ sunt, & cum sunt, non dum non sunt; ita immensitas est ratio coexistendi locis, quæ sunt, non fictis spatiis, quæ non sunt. 6 præsentia realis substantię dicit relationem positiuam realem; ergo supponit extrema realia, realiter distincta, actu existentia; ergo ex immẽsitate vnius extremi actu existentis, non concluditur realis præsentia Dei alteri iam non existenti; sicut nec ex æternitate realis coexistentia ad res, quæ adhuc non sunt; nam futura, quæ nunc non sunt, nunc non coexistunt realiter Deo; esto duratio Dei semper, & in infinitum perseueret, ergo quia extra cælũ spatia ficta nihil sunt, nec in illis Deus; esto immẽsitas Dei vbique sit.

Arguent Molina, Suarez, Becãtus, plures Thomistæ. Arist. 1. cæli

cæli 100. extra cælum, nec tempus, nec locus est, sed ibi entia sempiterna, quæ optimam vitam ducunt. Aug. 11. ciuit. c. 5. extra mundum infinita spatia locorum, in quibus potuisset creare omnipotens. l. de essent. diuinitatis, Deus extra omnia est & non exclusus; intra omnia, & non inclusus. Trimegistus, Deus sphæra intellectualis, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam. ex scipt. 2. reg. 8. cæli cælorum te non capiunt. Iob. 11 excelsior cælo, profundior inferno; ergo Deus non modo intra mundum, sed extra mundũ est. 2 Deus extra cælum potest facere plures mundos, & vnum distincte ab alio, ergo inter vnũ & alium, esset spatium inane in quo Deus esset. 3 extra cælum est capacitas, & non repugnantia ad recipiendum corpus, ergo potest à Deo fieri, ergo non est nihil, sed vere spatium. 4 si non est extra mundum, Deus definitiue esset in mundo, nam ita hic, quod non alibi. 5 non diffinitur, nec circumscribitur spatiis totius mundi, ergo extra mundum est. 6 si extra cælum poneret Deus corpus, illud vere in spatio; ergo & Deus ibi 7 corpus Christi ex Thom. 3. p. q. 57. a. 4. secundum pedes in superficie vltima cæli; ergo quo ad reliquas partes supra extimam superficiem; ephes. 4 ascendens super omnes cælos, habet caput, quod realiter distat à pectore, & pedibus; ergo distantia realis, capacitas, & dimensio, secundum quam vna pars respondet capiti, & distat ab ea, quæ respondet pedibus. 8 à primo cælo vsque ad cælum lunæ, si Dei potentia, non essent intermedia, primum distaret vt modo ab vltimo, ergo etiam in vacuo, & inani vera capacitas, & distantia. 9 in vacuo, posset vere esse motus, ex Scoto, ergo realis præsentia nõ repugnat inani, & spatiis. 10 extra cælum posset Deus operari, & facere alium mundum, ergo est ibi præsens, quia vbi agens potest operari, necessario est. Si non esset præsens, mutaretur, cũ de nouo pręsens fieret. Si nullum spatium extra cælum, non est qualiter primus orbis moueatur.

Ad 1 sunt extra cælum, quia separata à loco tempore, & motu sensibili; non quia in spatiis fictis. vel extra, quia carent circũscriptione, nec habent situm in cælo. Ad August. ibi contra Epicuros, qui ne dicerent, Deum otiose mansisse per infinitũ tempus imaginarium, dicebant Deũ ab æterno creasse; subdit August. cogitent quoque infinita spatia locorum, à quibus non potuisset abesse, sequitur infinitos mũdos produxisse; ad homines redarguit. Ad id extra omnia; quia nullibi circumscribi, definiri, nec adæquari potest. Ad alia circumferentia Dei nusquã, quia vbique totus, & nullo termino definitur; nec cæli Deum capiũt, nec eius immensitatem adæquãt. Ad 2 esset distantia pro respectu vnius extremi ad aliud; non pro me-

medio proportionato inter extrema. Vel esset extra aliud, quia non in alio, cum alio; non quia positiua dimensio inter illa. Vel id tantum priuatiue, non positiue. Ad 3 non quod sit positiua entitas habens rationem loci; sed pura negatio repugnantiæ positiue; Vel non quod extra cælum sit, quid receptiuum; sed potentia Dei ad plura, & plura efficienda. Ad 5 si ita in mũdo, vt esset illi adæquatus. Vel si non posset esse alibi. Deus tantum in mundo, quia extra nihil est, in quo sit; quod si esset, adhud adesset. Ad 5 ex hoc, quod non definitur, posset esse extra, si poneretur locus, vbi esset. Vel quia immensus cum potentia ad coexistendum alibi; sed quod actu non sit, id quia aliud actu nõ est. 6 si poneret corpus extra cælum, etiam illi concrearet locum, & spatium; quod enim est, alicubi est. Vel si ponas corpus extra cælum, non simpliciter necessario ponis spatium, vel distantiam; quia quouis posito, & iterum annihilato, adhuc posset Deus ponere corpus extra cęlum. Adde respectum ad locum posteriorem esse, proinde à Deo separari posse. Ad 7 corpus Christi super cælos, quia perfectius, & propinquius Deo. Vel quia vnitus Deo; & Deus non in cælo, non vt contentus, sed continens. Vel quia in Christo potẽtia superęgrediendi cælos: sed non extra cęlum actus quia nec locus, nec potentia susceptiua corporis. Ad 8 tunc esset spatiũ, & ad modum quantitatis extensæ, & latera vtriusque cæli positiue distarent; & propterea posset fieri motus concurrente Deo Vel non est ad rem, quia vacuum est locus, et dimensio vbi corpus nõẽ; extra celũ nec locus, nec dimensio, sed nihil. Ad 9 ex Scoto in vacuo non est motus, quia non cedit graui, nec habet dimẽsiones; sed posito, quod cędat, & latera distent, posset fieri motus, & successiue; si non ex parte medii, saltem virtutis agẽtis, impotentis se transferre in instanti à termino à quo ad quẽ & simul transire hanc, & illam partem spatii; hinc semper motus in ratione spatii, vt quanti; extra cęlum nulla quantitas. Adde vacuum in quo fieret motus, super spatium quantum à corporibus separatum, & habens latera distantia; extra cælum nec spatia, nec distantia, nec capacitus, sed nihil. Ad 10. si faceret alium mundum ibi esset, quia tũc aliquid esset. ad id, ergo mutatus; ℞. si per relationem, quam de nouo fundaret; non ex hoc, ꝙ tantum terminaret. Vel Immensitas Dei intrinsece est per aptitudinem ad coexistendum omnibus locis; actualis coexistentia nihil intrinsece adderet Deo. Ad aliud; supremus orbis immobilis; & empyreum ex Arist. mouetur quo ad locare; non continetur, sed continet; quo ad conuexum non est in loco, sed locat.

An Deum esse vbique per essentiam sequatur intrinsece, & formaliter, quia in omnibus, & vbique operatur. 5.

AGens creatum potest agere, & operari, vbi non est per essentiam; sol subtus terram facit aurum; operatio posterior non infert necessitate immediatum esse prioris. Nec operari Dei debet à priori primo inferre esse Dei per essentiam; ideo ex immensitate Deus vbiq; per essentiam; non immediate ex operatione.

Dico. Præsentia Dei in omnibus rebus per essentiam, & substantiam, non sequitur intrinsece formaliter, & à priori ex eo, quod in omnibus operatur. Sco. 1 d. 37. c. Thomistas, qui volunt Deum esse vbique; quia in omnibus operatur; & præsentia Dei per operationem, est formalis ratio præsentiæ per essentiam. Probatur; operari in omnibus formalissime effectus omnipotentiæ est, esse vbique effectus, immensitatis est; ergo formalissime vna præsentia ex alia intrinsece, & per se primo colligi non potest. Antec. operatur in omnibus quia omnipotens, efficax, & infinitus in agendo; est in omnibus, quia immensus in sua substantia. sequela: effectus formalis, est ab intrinseca, per se, causa formali: sed esse omnipotentem in agendo formalissime non est esse immensum secundũ substantiam; nam omnipotentia, & immensitas sunt attributa distincta; per omnipotentiam res à Deo fiunt; per immensitatem Deus est in rebus; ergo ex operari in rebus, non sequitur, per se primo, & intrinsece, quod sit in illis. 2 ex operatione mediata, vel immediata agentis ad passum, non infertur necessario præsentia intima vnius substantiæ cum alia; ergo ex operari Dei in rebus non sequitur intrinsece esse in illis. Anteced. sol sua substantia producit aurum subtus terram, vbi præsens secundum substantiam non est, sed tantum virtute. Item, quo agens virtuosius, eo potentior vt agat in magis distans, ergo Deus infinitæ virtutis, si per impossibile ab aliqua re distaret, adhuc posset in eam agere. 3 antequã Deus crearet, non erat alicubi secundum essentiam; quia nihil erat, vbi esset Deus; per omnipotentiam factę sunt res, per immensitatem Deus in illis, ergo esse per operationem est ab omnipotentia; esse in rebus ab immensitate. 4 posset Deus agere extra mundũ, vbi non est per essentiam; ergo operatio non est ratio formalis, propter quam Deus est in rebus. sequela; operatio Dei prius natura esset, vbi non esset essentia tura Dei; & prius ageret Deus efficiendo, quam coexistendo; nam coexistentia cum effectu supponit effectum, & mundus prius terminus actionis Dei, quam præsentiæ Dei. ℞. Cajetan. Bannes; eo ipso, quo res incipit esse, Deus est illi præsens ope-

operatione est quo, præsentia per substantiam, vt quod, & vna est ratio ad id cuius est ratio. Cōtra ad operationem Dei non sequitur præsentia essentiæ Dei tā quam à causa, per se primo necessaria; quia ex vi operationis non sequitur pcise esse agentis, secundum substantiam, sed quia non potest præscindi causa necessaria à Deo, puta immensitas, qua non potest non esse in omni re. Item, ratio formalis non pcedit, nec terminatur ad aliud quam ad effectum formalem; sed operatio Dei est ad efficiēdum res, immensitas ad essendū in rebus; ergo præsentia non sequitur per se primo ex operatione, sed immensitate. 5 Potest dari actio in distans, vbi agens non sit, ergo operatio non est per se prima ratio vt Deus sit pręsens rebus. sequela, posita ratione formali, est effectus formalis. Antec. Sol, & astra producunt hæc inferiora, vbi secundum substantia non sunt. Piscis torpedo, vel Tremulus actione qua mortificat, & stupefacit manus Piscatoris distantes, non agit in rete. Sol potentia, qua generat aurum in visceribus terræ, non agit in aerem; ergo agens aliqua potentia, & actione potest in remotum, quod non in propinquum. Rℓ. Caietan. omne agens esse præsens passo, nec sol sua substantia immediate agit: sed calore à se diffuso per medium: c. quod est actu quantum, & qua se immediate est à principio quanto, & quali; ergo quod im mediatè est substantia, non nisi à substantia. Sequela, vt fiat substantia, necesse est præexistere substantiam, quæ faciat, & producat, 7 met. 9 ergo substantia à substantia, non ab accidente. 2 absurdum entia imperfectiora, vt accidentia suas formas habere, quibus agant, & substantia quæ perfectior est carere virtute agendi, & producendi substantiam. 3 accidens in sua ratione semper inferioris ordinis est, quam substantia; ergo nunquam substantiam attingeret; nil enim agit vltra suā speciem; nec producit aliquid se perfectius. Rℓ. non virtute propria, sed substantiæ. 6. Virtus relicta à substantia in accidente accidens est, ergo non attingit substantiam. Rℓ. est subordinatio, & dependentia accidentis agentis ad substantiam. c. dependentia accidens est, ergo si substantia non agit, sed cum hac depēdentia accidens agit, non fiet nisi accidens. Item dependentia est respectus inferior omni substantia; ergo propter illum nūquam accidens producit substātiam. effectus enim numquam excedit virtutes agentis. 6 agens immediatione suppositi non necessario infert præsentiā suppositi, & essentiæ operantis, ad actionem, & passum; ergo Antec. Deus immediatione suppositi creat mundum, prius natura actio Dei terminata est ad esse mundi, quam præsentia intima substantiæ Dei in mundum, nam prius natura creatura terminat

actum diuinæ potentiæ, quam Deus sit illi præsens, nec fuit De' præsens mundo, nisi post esse, & cum esse. Item Angelus potest mouere lapidem à se distantem, existens in capite mouet manũ. ergo præsentia operationis non infert præsentiam substantiæ. Item agens per voluntatem potest operari, vbi non est; ergo dato impossibili, Deum nõ esse immensum, at vbique operari in rebus, non sequeretur Deum esse præsentem illis. Antec. voluntas potest æquè velle distans, ac propinquum, & quod ad velle alicuius sequitur; æquè potest velle produci aliquid in loco remoto, ac propinquo. 7 agens naturale si aliquando non agit in distans, & remotum, quin prius in præsens, & propinquũ; id non ex ratione intrinseca agentis: sed ex concursu duarũ potentiarum, quarum vna est alteri subordinata; vel ex imperfectione agẽtis, in impotẽs producere perfectius, nisi procedẽdo ab imperfectiore; ignis calore disponit lignum, sed forma substantialis generat ignem; sol virtute calefactiua disponit materiã pro auro; sed instanti productionis, non calor facit aurum, sed substantia, ergo agens potest vna potentia agere in remotum, quin agat in sibi propinquum, ergo ex operatione non infertur formalissime præsentia. 8 si quod mouetur debeat esse vnitum mobili; imperfectio virtutis est; ergo si à Deo posset prescindi immensitas; nõ est cur non posset agere per virtutem, vbi non esset substantia. Item, quo virtuosius est agens, eo maiori distantia agit, ergo distantia non impedit virtutem agendi. Item vbi agens operatur ibi virtus agentis, sed non necessario agens, nam aliud est esse immediatum alicui immediatione virtutis, aliud immediatione suppositi. Adde; Deus sua immensitate est vbique; nec est vbi non sit per potentiam, præsentiam, & essentiam; quod si impossibile est Deum rem efficere, cui non statim sit præsens; id euenit ex immensitate, quia Deus substantia infinita, & immensa; ob id actu præsens omnibus locis. & si ad operationem, & productione rei de nouo sequatur præsentia, id non tamquam ex ratione formali, sed materiali, & præsuppositiuè, quia rem esse realiter præsentem Deo, necessario supponit rẽ esse; & quia in Deo immensitas, & omnipotentia idem sunt realiter; & quia immensitate se exhibet omni rei, & si res est, Deus est in ea.

Arguent Caetan. Molina, Suarez. Bannes, alij, Deum esse immediatè in rebus omnibus, quia formaliter efficit, & conseruat omnia. 1. actor. 17. non longe abest ab vnoquoque nostrũ; in ipso. n. viuimus, mouemur, & sumus; ergo ratio cur Deus non distet, quia operatur in nobis vitam, motum, & esse. psal. 118. si ascendero in celum, tu illic es; si descendero in infernum ades; etenim illuc manus

tua

tua deducet me; vbi probat præsentiam, eo quia manus, & operatio Dei pertingit ad omnia. 2. Aug. 3. confess. c. 3. an non opus habes, vt à quo continearis, qui contines omnia? & quæ imples continendo imples? Ansel. monol. c. 22. quia sine Deo nil potest esse, aut conseruari, Deus semper, & vbique est. 3 omne agens est præsens passo. 7. phys. 4. immediate, vel mediate pro vt agit, sed Deus agit in quolibet immediate, ergo operatione est præsens. 4 implicat, vt quis agat vbi non est, præsertim si actio sit sua substantia; sed De' sua omnipotentia agit, & agere est Dei esse; ergo ex operari recte infertur esse Dei. 5. causa, quæ agit immediatione virtutis, & suppositi est præsens suo effectui, sic De'. 6 impossibile est corpus, aut Angelum ab extremo ad extremum esse sine medio; ergo & Deum operari in locum distantem à sua essentia. Sequela, agens limitatum, aut illimitatum nunquam trāsmittit actionem suam in extremum, quin prius in medium aliquid producat; nam agens coniungitur ei, in quem agit. 7 potentia operatiua Dei est infinita, ergo vi operationis vbique. Sequela; si non vbique, infinita non est. 8 corpus necessario se vnit passo; & si quantitas non obstaret, per intimam penetrationem vniretur; ergo quia Deus omnibus dat esse, & operari intimè est in omnibus.

Ad 1. Paulus ibi reuera de modo facili noscendi Deum ex operibus, quæ ostendunt Deū esse. vel opera concludunt Deum esse in illis, vt medium à posteriori, nobis euidenti; non à priori, vt per rationem formalem. Vel quia potentia iuncta est immensitati vid. sal. de infinitate scientiæ, & potentiæ Dei, quo enim migras, faciem, manum, Dei potentiam non effugies. Vel probat Deum esse, vbique, & vbique agere; & hoc esse mediū nobis notum, & comitanter se habere hæc duo; operatur vbique; non tamen operatio est formalis, & necessaria ratio præsētiæ Dei per essentiam; nam hæc est immensitas. Ad 2. August. ibi vult Deum non contineri, nec definiri loco, sed immensiue, nam magis continetur: item vt Deo causalitatem tribuat, non rebus; hic continendo implet. Ansel. dat medium à posteriori, & ex effectu nobis noto; non à priori, & à formalitate. Vel medium extrinseca comitantia; nō intrinsecè, propria causa, quæ non est ita euidens. Ad 3. si agit forma substantiali, & limitata, quæ non potest in remotum, quin prius per accidentalem disponat, & diffundat virtutem per medium propinquum; vt sol nō producit aurum in viscerib' terræ, quin prius calefaciat, illuminet, disponatur, & per medium diffundat virtutē; secus Deus agēs voluntate, & virtutis infinitæ non posset in remotum à se; si quid tale esset, & immensitatem Dei posset effugere. Vel si agat

per contactum; vt corpora, & agentia finita, non si per voluntatem, vt Deus. Vel præsens vnione virtutis, & efficaciæ; non matematica, & entitatiuâ. Ad 4 implicat, vbi non est virtute, & operatione, non præsentia substantiæ, nisi concomitanter. Vel est præsens necessitate immensitatis, non necessitate intrinseca, operationis per voluntatem. Ais, virtus Deo est substātia Dei, agere est esse Dei, ergo ex operari sequitur intrinsecè esse Dei. R. virtus formaliter substantia Dei, non virtus, vt terminata ad effectum extra Deum. Vel virtus agētis in passum; quia sua virtute attingit illud; non quia passum, & agens simul. Ad 5 agit omnia immediatione virtutis, necessitate omnipotentiæ; immediatione suppositi necessitate immensitatis; & hæc secernantur identicè, non formalissimè in Deo. Vel ex quo agit immediatione virtutis, & suppositi vbique est; sed operari immediatione virtutis non est causa immediatatis suppositi: nā possent præscindi. Ad 6 non repugnat corpus, & Angelum transire ad extremum non per medium; Corpus Christi manēs semper in cælo descendit ad altare non per medium; Angelus mouens totum cælū, & secundum substantiam in vna tantum parte est præsens. Vel corpora, quæ se mouent super spatium quantum attingunt medium; non agentia per voluntatem, & sine contactu; vt Deus, qui potest operari, vbi nullum est passum, & extra mundum. Vel agens transit medium, si eodem modo se habet ad medium, & extremum; non si virtus eius actiua sit in remotum non immedium, quod est incapax. Ad 7 Deus ex hoc quod potentiæ infinitè agendi, potest vbique operari; ex hoc, quod infinitus, & immensus in essendo, est vbique. Vel necessitas agendi non infert intrinsecè loci propinquitatem; præsertim vbi virtus est illimitata. Ad 8 corpus est præsens, & se vnit passo, in quod immediatè agit: at non tamen necessario; quia potest in passum distans. Vel se vnit contactu virtutis, non matematicè, entitatiuè & loci propinquitate. Vel quo virtus maior, eo maiori distantia.

An esse vbique possit creaturæ communicari?

Corpus, aut alia creatura fieri præsens omnibus locis, & habere vbiquitatē; aut intrinsecè, & perfectione naturali, & infinitate intensiua existentiæ; aut extrinsecè immensitate causata per actionem totalem omnipotentis Dei, qui potest quicquid manifestam non inuoluit contradictionem.

Dico. Nulla creatura potest esse vbique propria, intrinseca, naturali immensitate; à Deo tamen creatura possit vbique poni, & fieri præsens in toto mūdo. Scot. 4. d. 16. q. 2. A. Probatur

primum

primum. Nulla intrinseca perfectio Dei potest per se communicari creaturæ; esset Deus. 2 immensitas est infinita Dei existẽtia absque termino, & limite præsentiæ ad locum, creatura non habet infinitum, sed participatam existentiam. 3 Immensitas dicit intrinsecè quid illimitatũ, & independens. Secundum probo; non repugnat Deum creare Angelum, vel substantiam ita perfectam, cuius virtus possit in toto mundo, & in singulis partibus, ergo esset vbique quantitate virtutis. 2 nec repugnat vt producat corpus æquale huic mundo, & illud ponat in eodem spatio, & se intime penetrent, ergo vbique secundum locum. 3 nec quia replicet idem corpus in pluribus, imo omnibus locis, vt corpus Christi quod est in cælo, & in altari, posset poni in omnibus locis. 4 potest multiplicari posterius; & non prius in vno fundamento; plures relationes in vno corpore, plures similitudines in eodem albo, plures respectus præsentialitatis ad locũ; ergo ex quo corpus in duobus locis replicari potest, etiam in omnibus; qua enim ratione nõ repugnat esse in pluribus, nec in aliis.

Argues in primum; subsistentia relatiua est intrinseca Deo, & cõmunicata humanitati Christi; ergo immensitas intrinsecè potest communicari. 2 Hæretici Vbiquistæ, & Lutherani, humanitas Christi est vbique; vt Verbum; ergo creatura potest esse vbique, vt Deus. Antec: quæ sunt inseparabiliter vnita, vbi vnum, ibi aliud; vbique verbũ, ergo & humanitas vnita. 3 si alicubi verbum, vbi non humanitas, ergo verbum alicubi esset homo, & alicubi non homo. 5. si non vbique; posset verbum moueri de loco ad locum, vt mouetur humanitas; nam hæc secum defert personam verbi vnitam. 5 Christus est in dextera Dei sedens collos. 3 Dextera Dei est vbique, ergo humanitas Christi. Ad 1 immensitas infinita se habet vt perfectio; subsistẽtia, nec perfectio, nec infinita illa communicata informaret; hæc tantum terminat; implicat creaturam informari perfectione infinita; sed non terminari, & pendere ad terminum infinitũ. Ad 2 indiuisè vnita vbi vnũ, ibi aliud; si totaliter se inuicem adæquent; ac vbi humanitas Christi ibi verbum; nõ vbi verbum immensum ibi humanitas Christi. Vel ex quo indiuisa, alicubi simul, & non distant; non vbique simul; vbi caput ibi anima, non vbi anima, ibi caput. Vbi sol ibi orbis solis, non si orbis ambit totam terram simul, ita & sol. Ad 3 alicubi est sine humanitate; sed nunquam verum, quod non sit homo; prima præcisio est, per respectum ad locum, secunda absolutè. Vel sensus, vbi non est humanitas Christi, ibi verbum non est homo; vel vbique est verbũ quod est homo; non vbique verbum homo. Ad 4 dum mouetur humanitas,

manitas, non fertur verbum, quod est vbique, & pati non potest: nam vnio cum persona Verbi non est vbique. vel ad mutari eius quod est mobile, non sequitur mutari id quod immobile. Ad 5 Dextera Dei non materialis: sed beatitudo æterna, & gratia Dei, iuxta illud, statuet oues à dextris. Vel æqualitas potentiæ, & maiestatis Dei, & sciẽtiæ; ex illo Ioannis Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti. Vel est in dextera Dei: sed non vbique vt dextera Dei, quia nulla commensuratio humanitatis cum dextera, & præsentia Dei.

Arguent contra 2 part. Thomistæ, Vasquez, Suarez; esse vbique semper effectus immensitatis est, ergo rei creatæ nullo modo conuenit. 2 id, siue à se, siue ab alio cũ fit, semper supponit rem aptam, ergo semper immẽsam, ergo numquam rei creatæ potest concedi. 3 corpus loco circumscribi, & creatum spiritũ definiri certum est, ergo neutrum potest poni vbique. 4 idẽ non in pluribus locis; ergo nec vbique in mundo. Antec. secus idem simul sursum, & deorsum; propinquum, & distans; ante, & retro. Item moueretur, & quiesceret; & priuatiuè opposita simul. Item si nequit idem simul esse diuersis temporibus; nec simul esse diuersis locis. Ad 1 vbique à se effectus immensitatis, non vbique à Deo; vel vbique necessitate immensitatis, non replicatione substantiæ finitæ. Ad 2 supponit rem aptam, non cum potentia actiua, & inclinatione: sed cum non repugnãtia, & obediẽtia, ad quod Deus vult. Ad 3 circũscribitur, & definitur loco naturali, & vbi proprio nos de loco, & vbi, quod non repugnat ex Dei potentia. Ad 4 procedit indirectè: tamen dic; ex Dei potentia non pugnare; quia cum vnitate prioris, potest esse multitudo posterioris; quia vbi, à quo quis mouetur, non opponitur intrinsecè vbi ad quod mouetur; mobile enim non mouetur, vt deserat vbi, sed vt acquirat; quia si duo corpora non pugnant in vno loco, nec idem in pluribus locis; possibilius enim est, cum vnitate prioris essentialis, vt corporis, stare pluralitatem vbi posterioris, quã multiplicitatem corporis prioris in vno vbi posteriori; & quia quæ sunt priora vbi, non necessario variantur, variato vbi. Ais idem sursum, & deorsum respectu alterius, & alterius vbi, vel simul vera, iuxta diuersa loca. Moueretur, & quiesceret; concedes quia quæ simul, vel posterius sunt vbi, variari possunt ad variationem vbi; sic quiesceret hic, quia continuo haberet idem vbi; moueretur alibi, quia aliud, & aliud vbi; hæc contrarietas non est penes diuersa subiecta. Id de tempore, non est par, quia duo instantia temporis non actu simul, duo vbi actu coexistunt; vel vt eadem temporaliter idem nõ potest referri ad duo tempora, nec eadem

loca-

locatione ad plura loca.

DE ATTRIBVTIS Dei.

TITVLVS X.

An sint Attributa in Deo, & quæ sint.

ATtributum idem sonat, ac perfectio, quæ ex creaturis attribuim⁹, & agnoscim⁹ esse in Deo, definitur; est perfectio simpliciter, essentialis, absoluta, quæ reperta in creaturis, Deo tribuitur in sua ratione formali, omni imperfectione sublata. Deus enim ex creaturis potest cognosci; Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Apost. A magnitudine creaturæ post creator videri, Sapient. Prædicata quæ ex creaturis agnoscimus in Deo; vel sunt absoluta, & positiua; vt esse sapientem, iustum, bonum, potentem; vel negatiua, vt esse infinitum, immensum, immutabilem; vel relatiua, esse causam primam, creantem, conseruantem, prouidentem. Via causalitatis cognoscuntur predicata relatiua; effectus sunt, & conseruantur, ergo prima causa, creator, & conseruans est. Via eminentiæ, prædicata absoluta, positiua; perfectiones sunt in creatis, iustitia, bonitas, sapientia, ergo simpliciter in Deo; qui finxit oculum non considerat? Via remotionis, prędicata negatiua; creaturam mutari, esse in tempore, loco circumscribi, esse finitæ virtutis, imperfectiones sunt; ergo à Deo amouendæ, ergo Deus infinitus, immutabilis, immensus, & æternus. De Prædicatis ergo absolutis, quæ attributa Dei sunt, siue positiua, siue negatiua, qualiter sint in Deo.

Dico. Vere à parte rei attributa formaliter in Deo. 1. d. 8. q. 3. & 4. d. 26. M. quodl. 1. & 6. Prob. Damasc. 1. fid. c. 4. si bonum, si iustum, si sapiens, si quid simile dixeris, non naturam dicis Dei, sed quæ circa naturam. August. 15. trinit. c. 5. si dicam æternus; immortalis, immutabilis, sapiēs, potens, beatus, spiritus; horum nouissimum significat substantiam; cætera sunt circa substantiam; ergo perfectiones, & attributa in Deo. 2 A parte rei vere Deus bonus, sapiens, potens; ergo verè attributa in Deo. Antec. effectus id ostendunt. 3 perfectiones, quæ in creaturis Dei sunt simpliciter, & meliores ipsæ, quam non ipsæ imperfectionib⁹ semotis in Deo 4 Quicquid perfectionis simpliciter cogitari potest, in Deo. 5 essentia Dei purissimis, ac simplicissimis perfectionibus formaliter est exornata, & vnitiue, ac identice cōtinenter in ea, quæ est pelagus substantiæ infinitum, & omnis perfectionis radix, & fons, cui nil deficit entitatis, ac perfectionis, eo modo quo potest esse in vno.

Dico 2 Dei attributa tūm negatiua

gatiua, tùm positiua sunt. dist. 8. q. 4. & 5. quod Prob. 1. perfectiones simpliciter sunt formalissimè in Deo; nam in quouis, vt suppositum entis sunt meliores & digniores ipsæ, quam non ipsæ; ergo attributa positiua, vt sapientia, bonitas, potentia, & quæ perfectiones simpliciter sūt in Deo. 2 pfectiones creatæ via tantum remotionis, & negationis, vt finitas, dependentia, circumscriptio; ergo Deus infinitus, independens, immensus ergo in Deo attributa tum positiua, tū negatiua; non quod hæc formaliter negationes sint; sed à nobis negationibus explicātur; Deus enim non negatio finitatis, sed ens non habens finem.

Argues. Tribui Deo esse creaturæ est illi dare esse creatum; ergo attributa non in Deo. 2 attributum vi vocis naturam accidentis importat. 3 essentia Dei formaliter est omnis perfectio; ergo perfectiones non sunt attributa in Deo. 4 attributa aliqua negationem ferūt, ergo non à parte rei in Deo. sequela negatio ens rationis est. Anteced. Dionys. de mist. Theol. c. 2. quæ de Deo proprie scimus, & negatione scimus. Ad 1. Non damus Deo esse creatum; sed ex creatis esse Dei agnoscimus. vel in re perfectio Dei est, in nostro aūt conceptu attributum est respectus rationis, & denominatio relatiua in actu nostri intellectus comparantis creaturam, quam videmus, ad Deum quem non videmus. Ad 2 pro respectu nostræ denominationis est accidēs in nobis; in Deo intrinseca perfectio. Vel accidens, quia non de quidditate, non quod inhæreat, & informet. Ad 3 perfectio non est formaliter essentia; sed ab essentia fluit, & pullulat. Vel est omnis perfectio identicè, & vnitiuè, non formaliter. Ad 4 nō tantùm negatione, sed affirmatione. Vel negatio quo ad ea, quæ via remotionis de Deo sūt deducta. Vel negationes non sunt in Deo formaliter: sed positiuæ entitates; infinitas non præcisè negatio finis: sed est ens non habens finem; immensitas non pura negatio dimensionis, sed ratio coexistendi illim tata ad omnem dimensionem; simplicitas non pura negatio compositionis, sed purissima actualitas absque potentialitate ad compositionem.

An attributa Dei sint inter se, & ab essentia realiter distincta. 2.

DIstinctio realis actualis, quæ est differentia rerum, & in actu existentium; & est suppositorum tantum, vt in diuinis personis, vel naturarum tantum vt in Christo duæ naturæ actu existentes in vno supposito. Quia verò distinctio realis est inter omnia, quorum vnum potest esse sine alio absque contradictione; nam de vnoquoque verum est esse, aut non esse. Et in diuinis personis, nec est, nec potest esse realis separatio, rectè Scotus distinctio realis concluditur

aut

aut per separationem actualem, aut potentialem, aut proportione ad ea, quæ separari possunt, 1. dist.1.q.5.& d.2.q.2.B.

Dico. Attributa nō distingui inter se, nec ab essentia realiter. ita omnes, contra Vvalterium, & Gilbertum. 1.d.8.q 3 & d.26.4 d.46 q.3.Prob. Damasc. 1. fidei c.4.essentia Dei pelagus substātiæ infinitum; ergo si realiter à parte rei non includeret attributa, infinita non esset: infinitum enim realiter, si excludit aliquid realiter, infinitum realiter, non est. 2 in conc. Rhemensi contra Gilbertum; personas, & relationes esse idem realiter cū essentia; ergo multo magis attributa, quæ sunt intimiora essentiæ. 3 plura realiter distincta nō sunt formaliter infinita; ex quo enim vnum infinitum est, re distinctum ab alio non est. 4 si Deus esset sapiens sapientia à se realiter distincta, ergo perficeretur aliquo a se realiter distincto. 5 plura realiter distincta, & vnita componerent.

*A*rgues.1.*A*ugust 10.trin.c.15 si dicam sapiens, bonus, potens, sunt diuinæ substantiæ qualitates; ergo re distinctæ à substantia. 2 quæ sunt, aut quasi sunt in distinctis prædicamentis, re distincta sunt; sic essentia, & attributa, *M*inor, essentia ad substantiam spectat; bonitas quasi ad qualitatem; perfectio enim substantiæ est. Ad 1 qualitates nostro modo intelligēdi 2 quia non sunt essentia Dei: sed perfectiones, quæ pululant ab ea. 3 quo ad modum prædicandi; nō in modo essendi. Ais modus prædicandi sequitur modum essendi. R. sumptus à re; non à proportione, & nostra similitudine. *A*d 2 nil Dei in prædicamento, vel quasi prædicamento: sed supereminenter, & infinitè excedit res generum. Vel perfectio non quæ accidat: sed simplicissimè pululat, & emanat ab essentia. 2 nec se habent vt forma, vel vt pars, sed tantū, vt quo est, & dicitur formaliter tale; illa sunt imperfectionis; vltimum dicit perfectionem.

An attributa sint distincta ratione; vel formaliter à parte rei inter se & ab essentia. 3.

THomistæ tantum ponunt distinctionem realem, quę est inter rem, & rem; & rationis, quæ præcise est ab opere intellectus, & hæc vel rationis ratiocinantis, quæ oritur tantum ex diuerso modo concipiendi idē obiectum, vt homo, & hominis; idem conceptum, vt subiectū, vel prædicatum; abstractum, & concretum. Vel rationis ratiocinatæ, quæ est cum fundamento in re; tamen formalitas est ab intellectu, quia vnum ex natura rei non est eminenter aliud, tamen à parte rei est illud, vt in diuina essentia concipim⁹ distincta prædicata, & attributa, quæ à parte rei sunt vnum. At Scotus inter distinctionem realem, quæ est rerum, & rationis, quæ est per intellectum, ponit

distinctionem mediam, quæ est formalis; qua vnum differt ab alio sua formali ratione; ita vt formalitas vnius à parte rei non sit alia; nec distinctio rationis ratiocinatæ, quæ non est sine intellectu; est formalis à parte rei; nec est virtualis tantum, nā attributa ex natura rei, non virtute sunt in Deo.

Dico: Attributa inter se, & cū essentia sunt non idem formaliter ex natura rei. 1. d. 2 q. 7. FF. d. 8. q. 4. & in 4. d. 46. q. 3. E. Vtitur Scotus voce non idem, ne confundat distinctionem realem cū formali. Prob. 1. Damasc. 1. fidei c. 4. si iustum, si bonum, si quid simile dixeris, non naturam dicis Dei, sed quæ circa naturam; ergo à parte rei attributa non sunt essentia Dei. 2. Aug. l. 3. contra Maximinum c. 10. qui Deum non simplicem dixerat, eo quod plura supposita ibi; Viget Aug. si potes Deum simplicem concipere, & tamen esse sapientem bonum, magnum, cur non est simplex quoque in trinitate? ergo plura attributa à parte rei, nec plures personæ tollunt Dei simplicitatem. Ratione 1 à parte rei intellectus est principium productionis filii, nō productionis Spiritus Sancti, à parte rei intellectus intelligit, non vult; voluntas vult, non intelligit, ergo à parte rei intellectus non est voluntas. Sequela; si à parte rei intellectus esset voluntas, à parte rei vt intelligit intellectu intelligeret voluntate, à parte rei vt generat intellectu, generat voluntate; nec à parte rei productiones essent. 2 quæ suis rationibus formalibus sunt distincta, vbi sunt distincta sunt; attributa suis rationibus formalibus distincta, ergo etiam in Deo distincta. Minor; Sapientia sua ratione formali non est bonitas. Maior; quæ secundum proprias formalitates sunt in aliquo, si distinctæ formalitates in seipsis sunt, etiam vbi sunt distinctæ sunt. Item esse in aliquo non tollit formalitates rerum. Item infinitas non variat rationes formales rerum. 3 eidem rationi formali secundum rem, non insunt contradictoria secundum rem; sed intellectui, & volūtati insunt contradictoria à parte rei, ergo non idem à parte rei. Min. intellectus formaliter intelligit, voluntas formaliter non intelligit, formalitate iustitiæ punit, misericordia non punit; punire, & non punire, intelligere, & non intelligere contradicunt à parte rei; ergo non idem à parte rei. 4 in Deo est formalitas sapientiæ aut bonitatis, secundum suas rationes formales; ergo sunt rationes formales distinctæ. Sequela; quo res est, eo formalissime vna est, vnitate proportionata suæ entitati; ergo formalissime indistincta à se, & distincta ab alia secundum formalitatem vnitatis; ergo & vna perfectio simpliciter distincta formaliter ab alia. 5 In Deo est essentia ex natura rei; sapientia, bonitas, & attributa ex natura rei; ergo formalitas vnius ex nā.

rei.

rei, non est formalitas alterius. Sequela; vt sunt a parte rei, distincta sunt; à parte rei plura, ergo à parte rei distincta. 6 attributa sunt formaliter actualiter in *Deo* ante intellectum, ergo formaliter actualiter distincta inter se ante intellectum. Antec. perfectiones simpliciter formalissime sunt in Deo. Sequela, quod est formaliter actu tale, distinguitur ab eo, quod non est actu illud; attributa formaliter actu ante intellectũ in Deo; ergo formaliter actu ante intellectum distincta. 7 formalitas, & quidditas vnius attributi, non est quidditas alterius, ergo distincta formaliter; nam vnum non recipit aliud in sua formalitate. Item se diuidunt per differentias oppositas, ergo quicquid cadit sub vna diuidentium formaliter, non coincidit cum alio formaliter. Item quicquid à parte rei demonstratur de vno, à parte rei excluditur ab alio; à parte rei generat intellectus; nõ generat voluntas: ergo à parte rei intellectus non est voluntas. Respondent esse distincta à parte rei non actu, sed virtute, & eminenter; sapientia, iustitia, bonitas vna simplex res, quæ se habet, & præstat omnia, ac si illa essent distincta; essentia *Dei* efficit, quicquid alia creata per multas qualitates possent; Item essentia *Dei* simplex in re, est principium formale, non secundum adæquatam rationem, sed vt vis intelligendi principium Verbi, vt vis spirandi Spiritus Sancti; hinc principium vnius non est alterius pro vt virtute distinguitur ab alio. Contra; Deus formaliter à parte rei actu non virtute generat intellectu, & non voluntate; ergo à parte rei actu intellectus non est voluntas. 2 attributa non virtute sunt in Deo, sed à parte rei; ergo à parte rei distincta. 3 vt sunt in Deo, non se inuicem includunt in suis rationibus diffinitiuis; nã quod cadit in formalitate à parte rei vnius, non cadit secundũ formalitatem alterius. 4 à parte rei non magis diceretur filius productus per intellectum, quam per voluntatem, quia ad parte rei intellectus esset voluntas. 5 actu sapit sapientia, actu non sapit iustitia; ergo iustitia actu non est sapientia. 6 perfectiones non virtute, & eminenter in *Deo*, sed actu; ergo plures perfectiones actu distinctæ; nã melius est illas actu habere, quã non habere; meliores ipsæ, quã non ipsæ.

Arguent Thomistæ. 1 ex Anselmo in monol. c. 17. quod de summa essentia dicitur, vno modo, & vna consideratione. August. 5. trinit. c. 8. non est aliud *Deo* esse, & aliud magnum esse; sed hoc idem est esse, quod magnum esse. 7. trinit. c. 2. non eo Pater, quo Deus, eo tamen magnus quo sapiens, ergo si aliquã distinctionem ponit inter relationem, & essentiam, tollit inter attributa. Greg. 16 mor. Deus est quod habet, habet æternitatem est æternus, habet lucẽ est lux;

ergo in Deo non aliud esse, aliud habere. Boet. de trinitate *Adeo* Vnus est Deus, Vt sit id quo est; cætera nō sunt id quo sunt. Ber. ser. 18 super Cant. Fertur ex cōc. Remensi contra Gilbertum; Deus non modo sapiens: sed sapientia; prædicatio in abstracto est formalis, ergo formaliter idē *Ad* Anselm. Vno modo, & Vna consideratione; quia nō Vt actus & potentia, Vt componant: sed omnia in actu simplicissimo. Vel Vno modo, quia re Vnum, reali Vnitate, Vel quia simplicissima ratione in Deo est, quod est Ad August. non aliud res, sed alia formalitas eiusdem rei. Vel non aliud, quod adueniat, accidat, componat, actuet: sed in eo simplicissimè. Ad id, non eo Pater quo *Deus*, eo tamē magnus quo sapiens; non quia attributa sint formalitas essentiæ: sed quia cū sint perfectiones infinitæ habēt vnde re sint idem cum essentia; paternitas, quia incommunicabilis non habet Vnde sit idem. Vel maior conuenientia inter attributa in se, & cum essentia, quam inter relationem, & essentiam. illæ perfectiones eiusdem rationis, communicabiles, infinitæ, relatio nec eiusdem rationis cum essentia, nec communicabilis, nec infinita. Ad Greg. in re id quod habet; at non formalitas eadem, est æternus, sed non formaliter æternitas: sed identicè. *Ad* Boet. est idem re. Vel loquitur de esse Dei primo; non de attributis, quæ se habent Vt quo formaliter tale. Ais ergo formæ. Rꝫ forma informat, est pars, & imperfectio; at quo aliquid est tale sine imperfectione cum simplicissima ratione, est perfectio Dei. *Ad* Bern. prædicatio in abstracto est identica in Deo, non formalis; sapientia, & bonitas eadem res, non eadē formalitas; nam Vtraque quia formaliter infinita causa est. Vt sint realiter idem.

Arguent ratione. 1 *Deus* omnino simplex, & Vnus à parte rei; ergo in Deo nō multitudo rationū formalium à parte rei. Sequela, pluralitas rationū formalium à parte rei pugnat cum simplicitate, & Vnitate *Dei*. 2 actualis distinctio ex natura rei fūdatur super actuali oppositione à parte rei; inter attributa nulla oppositio à parte rei, ergo nec distinctio. *Min.* distinctio relatio oppositionis est. 3 implicat plura esse distincta à parte rei, & nō inuicem componere ex natura rei. Assumptum; compositio nō est nisi cum alio positio. 4 essentia a parte rei est fundamentum attributorum, quæ sunt in ipsa; ergo sunt Veluti actus essentiæ, & essentia in potentia ad illa. 5 si ex natura rei distincta sunt ab essentia; ergo essentia per se ex natura rei non est infinitè perfecta; sed perficitur per attributa distincta à parte rei. 6 essentia per se, ex natura rei, & formaliter est infinita; ergo formaliter includit attributa, & perfectiones; secus non esset infinita formaliter. 7 Deus formalissimè nō esset sapiens: sed perficeretur sapien-

pientia. 8 perfectiones diuinæ abstractæ præcisissima abstractione sunt formaliter infinitæ; ergo formaliter idem. 9 non minus idē perfectiones in Deo, quam virtutes inferiorum in sole; sol continet qualitates inferiorum, calorem, siccitatem, vt vna formalis,& simplex essentia absque distinctione à parte rei; ergo multo magis Deus. Maior, quæ in re creata vnum, & idem; multo magis in creante. 10 Deus nequit intelligi absque attributis;ergo indistincta à parte rei. Antec. nequit intelligi nō infinitè perfectus, ergo non sine omni perf ctione simpliciter. Sequela; quæ nequeunt, vt distincta concipi, distincta non sunt. 11 Attributum, quia realiter infinitum, non compatitur realitatem, quam realiter non includat;ergo quia formaliter infinitum, omnem formalitatem formaliter includit. 12 in Deo summa vnitas,& identitas;ergo tam rerum, quam formalitatum; secus non summa. 13 ens vel reale, vel rationis; in anima, & extra animā; ergo distinctio, vel realis, vel rationis, in Deo non realis & rerum; ergo rationis. Sequela; proprietas non excedit subiectum, sed conuertitur cū eo; inter rem & rationem non est medium; ergo nec inter distinctionem realem, & rationis. 14 multiplicatis formalitatibus multiplicantur formæ, ergo si plures formalitates plures formæ. Antec. multiplicato abstracto, pariter & concretum. 15 inter distincta vere est ordo;ordo non sine gradu eminentiæ & perfectionis, ergo in Deo vnū esset altero perfectius; Minor. distare, & distingui à perfectione essentiæ, imperfectionis est.

Ad 1 pluralitas rerum, quæ sunt vt actus, & potentia, non rationum formalium eiusdem rei. vel simplicitati pugnat cōpositio. & componibilitas, non multiplicitas perfectionum simplicium. *Ad* 2 oppositio non rerum, sed rationum formaliū; nec qua vna repugnat alteri, sed qua vna non est altera. Vel oppositio non relationum, nec incompossibilium; sed perfectionum, quæ sunt non idem. *Ais* vna non est alia, ergo in potentia ad illam. ℞ si inuicem se perficiant, & actuent; si realiter distincta; si non transirent in summam identitatem; si partes essent; nec quoduis seipso formaliter infinitum,& sua formalitate simplex perfectio. *Ad* 3 si inuicem sint in potentia, & perfectibilia; si se habent vt actus, & potentia;si distinctæ res sint;nō si distinctę perfectiones eiusdem rei. *Ad* 4 non in potentia ad illa; nec perfectibilis ab illis; sed vt secundariç perfectiones simplicissime pullulant ab ea. *Ais* attributum est perfectio, qua essentia est formaliter talis. ℞ non per informationem, compositionem, & actuationem;sed per identitatem cum ea; nil enim in Deo actus alterius. *Ais* sapientia est ratio, qua Deus formaliter sapiens,ergo actus, & forma.

℞. non

℞ non quæ informet, & actuet, quia nil Dei in potentia; quod vis vltimate, & infinite perfectũ sua rõne formali: sed ratio qua simplicissime Deus sit sapiens. Vel pfectio formæ in Deo, quo sit sapiens, bonus; non ratio partis, actuatio, informatio, quæ potentiam respiciunt. Ad 5 infinitè perfectæ in ratione essentiæ radicaliter; & quia identice continet omnia; non quia formalissime sit attributum; vel formaliter perfecta perfectione quidditatiua primaria, plenitudine essentiæ; non perfectione attributali, nisi identicè, quia ipsa formaliter non est attributum. Ais ergo perficitur attributo. ℞ per identitatem cum eo; non per informationem ab eo; quia pululat ab ea, non quia aduenit; & informet eam. Ad 6 infinitas non variat rationem formalem; attributa secundum proprias rationes formales in Deo, ideo distincta formaliter. Ais essentia formaliter infinita, ergo formaliter includit attributa ℞ infinitum formaliter continet identicè, & vnitiuè; non excludit perfectiones formaliter vel includit perfectiones formales; sed non formaliter. Ad 7 formalissime est sapiens sapientia formaliter in eo; non quæ formaliter sit idem. Vel sapiens sapientia, non quæ essentia Dei, sed perfectio essentiæ. Vel sapientia perficitur, non ad quam sit cum potentia; sed quæ emanat ex ea, & continentur identicè in ea. Ad 8 formaliter infinitum continet identicè, & vnitiuè; nõ destruit formalitates perfectionum. Vel si in re aliquid excluderet non esset formaliter infinitum. Ad 9 virtutes, & qualitates inferiorum nõ sunt actu in sole, sed virtute, & eminenter: perfectiones simpliciter actu, & formalissime in Deo; ideo plures in Deo, non idem. Vel caliditas, & siccitas non in sole secundum suas rationes formales; perfectiones in Deo secundum proprias rationes formales. Ad 10 conceptu adæquato, non inadæquato. Vel nequit intelligi esse sine attributis; potest intelligi non intellectis attributis, & essentiam non esse attributũ. Ad 11 infinitas formaliter incõpossibilis cum distinctione reali, non multiplicitate perfectionum formalium. Vel de ratione formaliter infiniti, vt includat omnem perfectionem simpliciter per idẽtitatem. Ad 12 sũma vnitas rei, non perfectionũ, & formalitatum. Ad 13 ens reale dicit rem, & modum, ac perfectionem rei. Vel res pro reali, & formali non admittit mediũ cum ente rationis; pro reali tantum admittit formale, & modale. Si Thomistæ distinguunt rationem ratiocinantem, & ratiocinatam; cur non melius nos distinctionem à parte rei, in realem quæ est rerum; & formalẽ, quæ est formalitatũ? Ad 14 formalitas hic nõ à forma; sed à perfectione formali eiusdem formæ. Vel ꝙ essentialia non multiplicant essentias in Deo;

non. ℞ nec

nec formalitates formas. Ad 15 non vt magis, aut minus perfectæ; quia infinitæ formaliter; est ordo, quia sunt perfectiones essentiæ, non essentia à perfectionibus. Distare i.e. à perfectionibus imperfectio est: distare formalitatibus perfectissimæ, & infinitæ naturæ est, quæ omnium perfectionum pelagus.

An attributa sint de quidditate Dei. 4.

ESsentia Dei prima entitas realis à se, vnica, ac prima ratio essendi formaliter, & simpliciter; radix & fundamentum omnis perfectionis; attributa formaliter ex se sunt perfectiones simpliciter; & originaliter ab essentia; non quod sint propriè principiata ab essentia; sed quia radix, & pelagus perfectionum est essentia; & in esse quasi secundo intelliguntur in ea; nã continet vnitiuè omnes perfectiones, omnes relationes, & notionalia; & immediatiora sunt essentiæ attributa; quam relationes.

Dico. Attributa non sunt de quidditate Dei. 1.d.8 q.4.quodl. 1.& 6.L.Probatur. Damasc.1.fid c.8. si iustum, si sapiens, si bonũ dixeris, non naturam dicis Dei, sed quæ circa naturam; ergo nõ de essentia. 2 Aug.15.trinit.c 6.si dicam æternus, immortalis, iustus, bonus, non dico substantiam, sed substantiæ qualitates, & perfectiones. 2. Deus ex natura rei ex se est formaliter Deitate, non misericordia, & iustitia, ergo hæc non de quidditate. Sequela; implicat contradictoria verificari a parte rei de eadem ratione formali. Item; contradictoria verificari a parte rei de eadem ratione formali. Item; contradictio à parte rei concludit distinctionem formalitatum rerum; & contradictio rationis distinctionem rationis. Antec. Deus non est formalissimè attributum. 2 essentia Dei habet rationem naturæ, & radix est attributorũ à parte rei; ergo à parte rei sunt perfectiones essentiæ non essentia. 3 à parte rei, quod dicitur de essentia, & quidditate Dei, negatur de attributis; ergo non quidditas Dei. Antec. à parte rei intellectus formaliter intelligit, essentia formaliter non intelligit, sed est obiectum intellectionis, ergo à parte rei, quod dicitur de vno, negatur de alio. Respondent satis virtute, eminenter, & ratione esse distincta; vt intellectiuum, sensitiuum, vegetatiuum in homine. cælum simplex, & indiuisum in se, tamẽ distinctis visionibus, non vno intuitu percipitur; sic suo modo in Deo. Contra, non virtute quod præstat essentia, negatur ab attributo; quod affirmatur de intellectu, negatur de voluntate, sed actu; ergo actu vnum, nõ de essentia alterius. 2 formalitatibus distinctis, & multis non respondet vna quidditas à parte rei. 3 intellectus, voluntas, sapientia, & essentia non sunt sinonyma, & voces in Deo, sed vere-

vere à parte rei, ergo verè essentia non est quidditas attributi. 4 sua ratione formali sapientia non est essentia Dei, sed perfectio essentiæ. 5 sensitiuum, & vegetatiuum potentiæ formaliter distinctæ; imo plures rationes quarum vna est alteri subordinata, & in potentia; non sic in Deo, vbi nihil potētia respectu alterius.

Arguent. essentia *Dei* essentialiter includit totam perfectionem *Dei*, tota perfectio Dei consistit in omni perfectione simpliciter, ergo formalissime est omnis perfectio. 2 si sua quidditate non esset sapiens, ergo insipiens, vel non sapiens. 3 si nō esset sapientia Dei quidditas, ergo Deus in potentia ad illam, & cum respectu reali ad ipsam. 4 si perfectiones non quidditas, & Dei essentia, ergo posset excogitari natura perfectior Deo; quæ quidditatiuè includeret illas. Ad 1 includit identicè, & vnitiuè; non formaliter, & conceptu; quia essentia non est formalissime attributum: sed radix. vel includit, quia est in ea, & ab ea, nō quia formaliter illa. vel quidditatiuè includit totam perfectionem naturæ. *Ad* 2 est sapiēs: sed sapientia non est quidditas, vel sua quidditate nō est sapiēs: ergo insipiens, negatur, nam à formalitate præcisa ad negatā, vt sua quidditate homo non est risibilis, ergo homo non est risibilis, non sequitur. Ais quidditas Dei non esset sapiens. ℞ sapientia non pertinet ad quidditatem; sed est perfectio manans à quidditate; vel præcisiuè non est sapiens, non diuisiuè. Ad 3 non in potentia, quia includit identicè, & vnitiuè. quia nil in Deo actus alterius, quæuis in vltima perfectione; quia non se habet vt forma componens, sed vt quidditas simplex, & ratio; qua Deus sapiens. *Ad* id, ergo respectus realis ℞ nego, relatio realis inter extrema realiter distincta. vel respectus disparatus secundum dici, quo vna formalitas non est alia, non quo vna res refertur ad aliam. *Ais* voluntas se mouens realiter refertur ad seipsam, vt motam, 2. d. 25. ergo non necesse, vt extrema sint re distincta ℞ distincta, vel ipsa, vel ratione tertij, per quæ inest relatio, vt voluntas mouens ratione motus distincta à seipsa, vt mota. *Ad* 4 implicat perfectionem esse formaliter essentiam: sed in essentia, & ab essentia; perfectiones non spectant ad primum esse Dei, sed quasi ad secundum; essentia habet suam rationem formalem, qua maior cogitari non potest; in ratione essentiæ perfectiones esse essentiam repugnat.

An Attributa de se inuicem, & de essentia enuncientur in abstracto. 5.

CVm prædicatum est extra rationem formalem subiecti; prædicatio in abstracto nō est formalis, quia abstractum vlti-

vltima abstractione concipitur per modum quidditatis, absque habitudine ad subiectum, vel suppositum; ideo nequit suscipere prædicationem formalem: sed si habet infinitatem, recipit prædicationem identicam; quia infinitas ratio est, cur aliqua formaliter distincta se inuicem identificent.

Dico. Attributa tam in concreto, quam in abstracto prædicantur de se inuicem, & de essentia; sed in concreto prædicatio est formalis, in abstracto tantum identica 1. d. 3. q 1. E. d. 8. q. 4. Z. d. 31 E. quodl. 6. 4. d. 13. q. 2. AA. Probatur. In scriptura Deus dicitur sapiens, & sapientia; iustus, & iustitia; verax, & veritas; bonus, & bonitas; prou. 8. Ioan. 14. corint. 1. Dion. de diuin. nom. c. 4. Deus nō tam bonus, pulcher, sapiens, quā bonitas, pulchritudo, sapientia. 2 tam inter se, quam in essentia sunt idem realiter, ergo realem prædicationem suscipiunt. 3 sunt formaliter infinita, ergo inuicem idētificata, & enunciabilia.

Secūda pars, quod in abstracto non prædicentur formaliter. 1 sunt perfectiones simpliciter in Deo, quæ retinent proprias formalitates: sed in abstracto ratio formalis sapientiæ præscindit ab habitudine formæ adiacentis naturæ, ergo in abstracto non est prædicatio formalis. 2 formalitas vnius non est formalitas alterius, ergo non possunt prædicari de se mutuo in sensu formali. 3 in sensu formali intellectus esset voluntas, intelligere esset velle, sapientia esset iustitia. ℞ Suarez, ratione infinitatis conueniunt in vna ratione formali, & inuicem formaliter enunciantur. Contra; infinitas, nō tollit rationem formalem perfectionis simpliciter; ergo ob infinitatem formalitas vnius non formalitas alterius; per proprias rationes formales sunt in Deo, ergo vna formalitas non est quidditas alterius.

Arguent Thomistæ. August. 7. trinit. c. 6. eadem magnitudo eius est, quæ sapientia, eadem bonitas, quæ sapientia, & magnitudo. 2 essentia formaliter includit attributa; & vnum formaliter includit aliud; ergo de se mutuo formaliter dicuntur. 3 eadem habitudo inter attributa tam in concreto, quam in abstracto, ergo eadem prædicatio formalis. Antec. tam in concreto, quam in abstracto numquam habent rationem formæ informantis, vel adiacentis, sed simplicissimi sunt actus, & in vltima actualitate. 4 à perfectissima identitate reali non præscindunt tam in concreto, quam in abstracto, ergo vtrobique prædicatio vel formalis, vel identica. vt intellectus non est formaliter voluntas, ergo nec in concreto est prædicatio formalis. Ad 1 in sensu identico, non formali. Vel eadem res non formalitas. Ad 2 includit formaliter aliud: sed non est formaliter illud. Vel includit identicè, non in ratione formali. Ad 3 si in concreto nōn sunt formæ dantes esse, vt partes: sunt tamen cum habitudine, quia communicant esse modo simplicissi-

mo. Ad 4 in abstracto est tantum identitas ratione infinitatis; in concreto est etiam communicatio formæ, & perfectionis; ideo prædicatio formalis; quia cum habitudine ad id, cuius est. Ais in Deo non est forma; ergo nec prædicatio formalis. ℞ non quæ informet, sit pars, perficiat: sed id quo aliquid est tale imperfectionibus semotis. Ad 5 intellectus est voluntas, prædicatio in abstracto, ideo identica, non formalis; hæc in concreto, & formalis, intelligens est volens, quia cum concretione ad id, quod formaliter dicit vtrumque. Ais intelligere, non est formaliter velle in Deo; ergo nèc Deus intelligens est formaliter volens. ℞ si formaliter cadit, & reduplicat formalitatem intelligendi, non si denominat Deum; nam idem Deus est formaliter intelligens, & formaliter volens. Ais intelligere, & velle transeunt in identitatem realem; ergo & in prædicationem realem, & identicam; non formalem cum Deo. ℞ ad prædicationem formalem satis vt perfectio sit in aliquo formaliter; non quod sit formaliter illud. Vel ad prædicationem formalem in primo modo: attributa prædicantur formaliter in secundo modo, quia perfectiones, quæ pululant ab essentia, nō sunt essentia.

An attributa Dei sint infinita intensiue, & extensiue; magnitudine, & multitudine perfectionum. 6.

INfinitum, cui nihil entitatis deest, eo modo quo id haberi potest in aliquo vno; & excedit vltra omnem proportionem, seu per infinitum excessum. Infinitas non est affectio extrinseca entis, vel proprietas intrinseca inexistens, vt vnum, bonum, verum: sed modus intrinsecus, ita vt si excludatur ab ente infinito, omne quod non est formaliter ipsum, non excluditur infinitas, dumodo adæquatè, & perfecte concipiatur. Essentia Dei, quia radix, & pelagus à qua pululant omnes perfectiones simpliciter, ex se, & à se infinita, & in ea plenitudo omnis entitatis, ex qua omnis perfectio, & entitas; attributa verò quia perfectiones emanantes non habent totalitatem essendi; ideo nō infinita in genere entis, sed perfectionis. Quærimus ergo, si habeāt infinitatem distinctam ab infinitate essentiæ, vel solum infinita per identitatem.

Dico. Attributa habent propriam infinitatem formalem distinctam ab infinitate essentiæ. 1. d. 13. q. 1. M. d. 8. q. 4. 5. 4. d. 13. q. 1. A. quodlib. 5. Prob. Attributa vt perfectiones simpliciter pululant ab essentia, quibus non repugnat formalis infinitas, nèc communicabilitas; ergo sunt infinita propria & formali infinitate. Sequela; pululant vt perfectiones formales, ergo vt infinitæ perfectiones; 2 vt perfectiones à parte rei distinctæ ab essentia, & inter se finitæ non sunt, ergo infinitæ. 3 essentia Dei infinita formaliter, & radicaliter; attributa formaliter tantum, ergo alia infinitas. Antec. attributa originaliter sunt in essentia, & ab es-

sen-

ſentia. Sequela; ſub ratione attributi, & perfectionis eſt infinitas; ſed non eſt eiuſdem rationis cum eſſentia, ergo nec infinitas eſſentiæ. 4 ſapientia, bonitas, iuſtitia non ſunt eſſentia Dei, ſed perfectiones eſſentiæ; ergo diſtincta infinitate formali vt diſtincta formalitate. 5 eſſentia in genere entis ſimpliciter infinita, quia cauſa & radix omnis entitatis; attributa in genere talis perfectionis; ergo alia infinitas.

Argues 1 Scotus 1.d.10.eſt ita ſimpliciter perfecta voluntas, vt natura; ergo non alia infinitate. 2 formaliter infinitũ nequit multiplicari, attributa in Deo plura; ergo non alia infinitate. Maior; infinito nihil deeſt entitatis, ergo vnum, & implurificabile. 3 attributa infinita, quia idem eſſentiæ, non quia pululant ab eſſentia, ergo non propria infinitate. Antec. ſecus relationes eſſent infinitæ, quia pululant. 4 entia ſunt, ergo in genere entis, eſſent infinita. 5 modus rei modus, nõ modi modus; vna res in Deo, ergo vna infinitas, & modus. Ad 1 quia vtraque formaliter infinitas nequit excedi, non quia eſſentia non ſit radix vnde voluntas. Ais ergo perficit. ℞ non perficit, quia idẽ, & vna res in Deo, quia perfectio infinita nequit excedi. Ad 2 nequit multiplicari per diſtincta realiter; ſed per multiplices perfectiones formales; vel in genere eiuſdem perfectionis; non diſtinctarum perfectionum; vel in genere entis; non formalitates. Ad 3 quia idem eſſentiæ infinitæ identicè; & quia pululant, vt formaliter perfectiones Dei infinitæ formaliter; relationes, vt entitates incommunicabiles. Ais tum relationes, quã attributa ſuo modo ex eſſentia dimanant; ergo vtraque formaliter infinita, vel neutra. ℞ attributa perfectiones communicabiles, non relationes. attributa talia, vt nata ſint eſſe perfectiones, nec vnum repugnat alteri. relationes ſunt in Deo per modum oppoſitionis, & repugnantiæ inter ſe; ideo nulla relatio nata eſt eſſe infinita; ſecus infinitum formaliter eſſet realiter diſtinctum; & plura formaliter infinita realiter diſtincta. Ad 4 entia ſunt identicè; formaliter entis. Ad 5 modus modificat rem, & perfectionẽ rei; perfectiones non ſunt modi, ideo nõ modi modus.

An Attributa ſint infinita extenſiuè in numero, & multitudine. 7.

INfinitas extenſiuè nunc, ſi ſit infinita multitudo perfectionum, vt infinitas intenſiuè perfectionis ſimpliciter, ſi illa perfectio ſit ſecundum propriam rationem ſine limite, & termino. Et eſt certum, nihil vnius rationis formalis in Deo habere infinitatem extenſiuam, quia quælibet perfectio ſimpliciter in Deo de ſe hæc, in vltima actualitate, & actus purus, & ſimplex; tamen ſi ſit infinitas extenſiua alterius rationis, & multitudine, & numeri perfectione, non eſt ita certum.

Dico. Probabile eſt attributa, & perfectiones Dei extenſiuè,

& multitudine esse infinita. potest elici ex 1. d. 3. q. 1. E. quodlib. 5. imo ex 4. d. 13. Vbi dicit fortè absolutè cum Deo non est talis infinitas; non potest oppositum deduci ex nota illa dubia. Probatur. Infinitus Deus in omni genere entis, ergo infinitis perfectionibus ornatus. 2 est pelagus substantiæ infinitum, ergo & perfectionum. Sequela; ab ente finito finitæ perfectiones, ergo ab infinito infinitæ perfectiones. 3 Vna creatura excessu finito in numero perfectionum potest aliam superare; ergo Deus excedit in infinitum. 4 si tot perfectiones Dei, quod non plures; in hoc quod est esse perfectionibus ornatum, finitus esset. 5 nō est cur Deo numerus, & infinita perfectionum multitudo repugnet. 6 perfectiones possibiles in creatura sunt finitæ in infinitum; ergo in Deo infinitæ; Sequela; posita suprema creatura possibili, & possibili semper in infinitum, adhuc Deus distaret infinitè, quia distantia Dei à suprema creatura possibili fore, tanta esset quantus est Deus. 4. d. 1. q. 1. F.

Arguent aliqui Scotistæ. 1. Personæ diuinæ, relationes, notiones numero sunt finitæ, nec obsunt infinitati Dei, ergo, & multitudo perfectionum. 2 attributa, & perfectiones in Deo, vel ratione essentiæ, vel intellectus, & volũtatis; ex his non habemus vnde in infinitum possint multiplicari. 3 infinitum in ente creato abhorret natura, ergo multo magis in ente supremo. 4 non est vnde ex creaturis attributa infinita Deo dentur. 5 repugnant infinitè perfectiones eiusdem rationis, cur non alterius? Ad 1 relationes, notiones, personæ habent terminũ vnde tot, ex communicatione intellectus, & voluntatis. 2 non pertinent ad perfectionem, sed sunt entitates incommunicabiles; attributa, & perfectiones, quo plures eo perfectius; nec est vnde limitentur tam intensione, quam extensione. Ad 2 ratione essentiæ quæ infinita in genere entis, nil obstat, vt sit radix infinitarum perfectionum, secus posset cogitari perfectior. Ad 3 entitate rerum, non numero perfectionum. Vel abhorret creatura, quæ nec est, nec comprehendit infinitatẽ; at Deus infinitate perfectionum potitur. Ad 4 non est vnde nos Deo demus; sed est vnde habeat illas Deus. Ad 5 plures eiusdem rationis pugnant, nam quælibet de se indiuidua, in vltimo actu, & infinito: sed alterius rationis faciũt ad infinitam Dei entitatem, magnitudinem, & ornatum.

An intellectus, & voluntas verè sint attributa Dei. 8.

INtellectus, & voluntas pro fũdamento est natura, seu vita intellectiua, & volitiua ex qua emanãt facultates intelligendi, & volendi; pro formali sunt facultates, & potentiæ intelligendi, & volendi quibus proxime vtitur natura intellectualis, vt intelligat, & velit, & quibus vitaliter operatur. Deo nostro modo hæc prædicata ordinatè insunt; quidditatiua,

mo-

modalia, attributa, relationes personales, communesq; relationes extrinsecè ad creata.

Dico Intellectus, & voluntas pro formali verè sunt attributa, & facultates, quibus Deus intelligit, & vult. 1 d. 8 q. 3. & 4. d. 13. l. d. 26. ec. quodl. 1. Probatur. intellectus Dei, est infinitus per se, & in se, sed non omnino à se, vt essentia; ergo intellectus non essentia, sed perfectio essentiæ. 2 Deus formaliter à parte rei se intelligit intellectu; amat se, & vult voluntate; ergo intellectus, & voluntas non sunt formaliter quidditas Dei. Sequela; idem formalissimè esset vis intelligendi, & res intellecta; potentia, & obiectum. 3 in Deo prædicata quidditatiua nō sunt à parte rei distincta; sed intellectu, & voluntate processiones diuinæ originaliter sunt à parte rei distinctæ; ergo non de essentia Dei. 4 à parte rei inter se, & ab essentia distincta; ergo non quidditas, quæ vna est, & indistincta re. 5 pullulant, & dimanant ab essentia Dei; ergo non quidditas. Sequela, pullulare à quidditate non est esse quidditatem; sed vim, & facultatem eius. 6 in creaturis repertæ Deo tribuuntur; in nobis potentiæ, & facultates; 7 intellectus, & essentia integrat principium generationis, voluntas, & essentia principium spirationis, ergo non sunt essentia, & quidditas; sed in essentia, & cum essentia.

Arguent Lichetus, Bargius, & alij. 1 August. 1. ciuit. c. 10. voluntas essentia Dei est, nam hoc simplicitas Dei habet; est quicquid habet. 2 Scot. quodl. 1. intellectualitas quidditas Dei est; sed illa non est sine vi intelligendi; ergo vis intelligendi quidditas. 3. dist. 26. q. vni. Dei attributa, vt quasi qualitates perficiunt in esse secundo; intellectus, & voluntas intrinsecè conueniunt essentiæ, vt præintellecta omni quasi qualitati; ergo non attributa 4 intellectus, & voluntas principia agendi, ergo, & essendi in Deo; vbi idem esse, & operari. 5 attributa suo modo, vt quasi qualitates, intellectus & voluntas ad vitam Dei pertinent; & se habent, vt rationalitas ad hominem, ergo ad essentiā spectant. 6 sunt principia communicandi naturam, & essentiam; ergo ad essentiam. Ad 1 essentia est voluntas identicè; non quidditatiuè, & formaliter. Vel est quidquid habet; quia quicquid in Deo substantia est. Ad 2 intellectualitas pro vita intellectiua, & radice intelligendi; non pro potentia; vel non est sine vi intelligendi, quæ emanat; non quæ sit formaliter illa. Ad 3 sumit intellectum, & voluntatem pro essentia intellectiua, & volitiua; vt enim rationalitas non est attributum homini, nec intellectiuitas attributum essentiæ; vel sumit attributa comparatiuè ad ea, quæ se habent vt quasi qualitates, sapientia, & bonitas; non vt ratio attributi significat quicquid formaliter est extra quidditatem Dei. Ad 4 principia agendi, & essendi re idem, non formalissimè; agere est esse, identicè, vel quia non in potentia; sed semper in actu. Ad 5 si nō quasi-

quasi qualitates, quia veluti potentiæ quæ sunt principia communicandi naturam, non tamen de essentia, quia pululant ab ea. Vel quia sunt per modum actus primi, & intimius Deo insunt, quam perfectiones secundæ, sciẽtia, iustitia; ideo non ita rigorosè attributa. Ad 6 sequuntur essentiã, non sunt essentia; principia communicandi naturam, non sunt natura.

DE VNITATE DEI.

TITVLVS XI.

An Deus sit vnus 1.

DEus prima essentia, prima quidditas, prima entitas realis à se, absoluta, independẽs, qua nulla prior, nèc perfectior, omniũ causa; quodlib. 1. art. 1. ex *Damasc.* pelagus infinitæ, & interminatæ substantiæ.

Dico. Vnus est *Deus*. 1. d. 2 q. 3. Patet. Deut. 6. Audi Israel Dominus *Deus* tuus vnus est. Isai. 3 extra me non est Deus. Psalm quis Deus præter Deum nostrum? Arist. 12. met. nolunt entia male disponi, vnus Princeps. Ratio ex Bonau. Deus summum ens in re, & intellectu, ergo vnus; aliter summus non esset. ex Thoma, vnus, quia idem est Deus, & id per quod est hic *Deus*; infinitè perfectus; & causa ordinis omnium. ex Scoto; quia primum mouens; quia Deus est suum esse; quia infinitus in essẽdo; quia summe simplex; quia Rector mundi; quia prima omnium causa; quia mundus vnus.

Arguent Idolorum cultores. 1 corint. 8. si quidem dij multi, & domini multi. 2 *Deus* est, ergo dij sunt; nam singulare infert plurale. 3 plura bona meliora paucioribus, Deo dandum quod melius. 4 omnia indiuidua participant distinctam speciem, & essentiam; sed ens per essentiam est Deus, ergo quot species indiuiduorum, tot dij. 5 in Deo tria supposita distincta, & quoduis essentialiter Deus, ergo tres dij. 6 plus potest dici de Deo, quam intellectus cõcipere: sed gentes conceperunt plures *Deos*; ergo id non repugnat 7 singulare non est communicabile, ergo si Deus singularissimus, incommunicabilis.

Ad 1 plures nuncupati, & vsurpati; per essentiam vnus. Ad 2 infert si modus concipiendi non repugnat rei conceptæ. Infert secundum vocem, non semper in re. *Ais* dari quo maius cogitari nequit, non repugnat; ergo nèc plures Deos, quibus maiora cogitare non possemus. ℞ sequela falsa, nam ratio subiecti repugnat. Ad 3 plura finita, quibus fieri potest additio, Deus infinitus, cui nil potest addi. Plura meliora si compossibilia. Ad 4 sunt entia per essentiam finitam, limitatam, secundum quid, & participatè; non simpliciter. Vel in genere, nõ extra quodcũque genus, vt Deus. Ad 5 tria personali distinctione, non essentiali. Tria numerat personas, non Deũ Vel quæuis Deus idem, nõ alius. Ais in eis alia operatio,

ratio, ℞ ergo & essentia. ℞ alia suppositi, non deitatis, vt enim idem esse, sic intelligere, & velle. Ad 6 plus quam intellectus realis; non phãtasticus. Vel idola à gentibus vsurpari, non esse Deos. Ad 7 singulare finitum. Vel nõ communicabile cum diuisione naturæ per differentiam; sed bene sine sui diuisione.

An vnitas Dei possit naturaliter probari. 2.

DEus, vt hæc essentia in se, & sub ratione huius essentiæ non potest naturaliter cognosci; quia obiectum est voluntarium, & infinitum, non naturale nisi respectu sui intellectus; nec similitudo vniuocationis, aut imitationis sufficit; nam vniuocatio non est nisi in rationibus generum, & imitatio omnis deficit, & imperfecta est; nec ad essentiam vt in se est ducunt; quia creaturæ imperfectè eam imitãtur. tamen vnitas in creaturis repræsentat summam veritatem primi principij, à quo est origo; & potest vnitas Dei demonstratiuè concludi, si nõ immediatè à priori, saltim mediatè; nam cognitis prædicatis intrinsecis ipsius Dei, demonstratione quia, ex creaturis sic cognitis, à priori possumus demonstrare vnitatem Dei. ex 1. d. 3. q. 1. D. q. 4. E. quodl. 7.

Dico. Potest naturaliter demonstrari vnitas Dei. 1. d. 2. q. 1. Multis vijs probatur 1 ex infinitate essendi; Deus ens à se, non ab alio, pelagus essentiæ infinitæ, ergo vnus. Sequela, si esset ab alio essentia distinctus, ergo nõ Deus, cum plenitudine essendi. Si ambo à se, ergo neuter Deus à quo omnia, nèc infinitus, & omnipotens. 2 ex infinitate intellectus; si duo dij, vnus si intelligit alium per essentiam illius, ergo actus ei⁹ est ab obiecto extra se, & posterior; si per essentiam suam, ergo confusè, quia vna essentia nequit contineri in alia; & eiusdem potentiæ duo obiecta adæquata. 2 ex infinita voluntate; vnus aut diliget alium, vt se, aut non, si hoc vel non recta voluntas, vel obiectum non infinitè diligibile; si illud, contra ordinem naturæ, qua quis plus se, quam aliud diligit. 3 ex necesse esse, pro vt distincti, vel sunt necesse esse, vel non, si non, ergo necesse esse includit nõ necesse esse; si sic, ergo necesse esse est per rationem, qua posita, vel remota, adhuc esset necesse. 4 ex causalitate; velit vnum producere, alius non: si producit, alter non Deus; si non, primus non Deus. Ais, quod vnus vult, & alter. c. ergo eiusdem effectus duæ causæ totales. ergo neuter Deus, quia vterque in volendo ab alio. 5 ex infinita entitate infinitum formaliter excedi non potest; ergo si duo, vel neuter infinitus; vel infinitum posset excedi.

Arguet Varro, quod non possit naturaliter probari. Deum esse vnum, est creditum; ergo non probatur. Antec. Credo in vnũ Deum. Sequela; fides non probatur. 2 singularitas Dei, si posset pro-

probari; Deus posset naturaliter cognosci vt hic, & singularis, & sic essentia Dei, vt hæc, vt in se est. 3 vnitas habet esse in subiecto; quid non esse Deo vt subiecto nequit probari; ergo. Ad 1 nõ sta mere creditum, vt id non possit ratio. 2 ratio quæ mouet ad fidem obest fidei; non quæ cum fidei nam si non esset, adhuc fides esset. Ad 2 cognoscitur vt modus est rei cognitæ, non vt modus cognoscendi Deum. Vel quo ad quia est, non vt quid, & qualis sit. Ad 3 vnitas in Deo verè realis; si non inhæret; est tamen ratio à qua natura dicitur vna.

An vnitas Deo addat rationem positiuam. 3.

VNitas numerica verius est realis, omni alia vnitate; si spectata, vt affectio entis; præseferat duplicem negationem diuisionis à se, & identitatis à quouis alio; formaliter tamen significat entitatem positiuam, per quam enti illa duplex negatio inest.; vt vnitas specifica, quæ minor est, dicit entitatem positiuam communicans differentiam essentialem; multo magis numerica indiuidua, & singularis.

Dico. vnitas in Deo non præcisè negatio diuisionis à se, & indiuisionis ab alio; sed entitas positiua, vnde hæc, negatio, & est ipsa identitas entitatis. ex 1. d. 24. 31. quodlib. 6. & 5. met. identitas est sit per vnum Prob. vnitas est realis; ergo positiua, ergo non præcisè negatio. 2 vnum, & multa realiter diuidunt ens reale, 10. met. 3. nulla vnitas verius realis, quam numerica, & maxime summa vnitas. 4 tres personæ à parte rei vnus Deus, ergo à parte rei vnitas Dei. 5 identitas, similitudo, æqualitas in Deo relationes reales; ergo vnitas, quæ est ratio fundandi, realis est. 6 negatio diuisionis in se, & identitatis cum alio, supponit entitatem ob quam inest. 7 entitas naturæ non præcisa ratio fundandi relationes reales, æqualitatis, similitudinis, identitatis; nam entitas naturæ cuius est vnitas, non suscipit magis, & minus, vnitas suscipit. 8 vnitas velut affectio entitatis subiecti, non entitas illius; Est perfectio simpliciter; Cum dico Deus est vnus, non dico formaliter negationem. Demum Scotus sæpæ; æqualitas ad prædicamentum quantitatis; similitudo qualitatis, identitas substãtiæ; ergo vnitas substantiæ ipsa identitas in se, & non pro respectu.

Arguent Thomistæ sufficienter explicatur per negationem diuisionis à se, & indiuisionis ab alio 2 si formaliter ratio positiua, vel quæ Deus est, vel alia; si primum ergo negatio in hac, Deus vnus; si secundum, ergo illa quoque vna, & sic in infinitũ. 3 Deus sua quidditate formaliter singularis; ergo, & vnus; nam singularitas est ratio, qua res est vna. Rx non pro vt in re; sed pro vt à nobis inadæquatè concepta; nam multa negatiuè concipis, quæ vere positiua sunt. Ad 2 vnitas est ratio, qua res est vna, non res; est realiter, & identicè Deus formaliter

liter ratio in Deo. ipsa non formaliter Vna: sed ratio qua Deus Vnus non Vna quæ, sed qua. Ad 3 quidditas Dei de se est hæc; Vnitas ratio, quæ emanat. Ais in creatis, singularitas non est quidditas. R. id ex imperfectione, quia natura de se nō hæc. Ais Deus de se Vnus: R non Vnitate, quæ sit quidditas, sed quæ manat à quidditate. Ais singularitas est summa entitas. R identicè, non formalissimè natura Vt natura est tantum formaliter ipsa, non Vna, aut plures, imò entitatem sequitur ꝓpria Vnitas. & Vt Vnum non est de ratione intrinseca entis; nèc de ratione huius entis.

DE VERITATE DEI.

TITVLVS 12.

Quid importet veritas in ente. 1.

VEritas, aut est rei, & in essendo; aut cognitionis; aut scripturæ, & locutionis. Veritas in esse, est conformitas rei ad propriam integritatem, & perfectionem: sic Verum aurum, verus homo, Deus Verus. Veritas cognitionis est cōformitas, & commensuratio cognitionis ad rem cognitam. Veritas locutionis est conformitas ad actum, & conceptum mentis, vel ad rem; fit Vera cū os loquitur, vel scribit, sicut intellectus concipit, Vel res est ad parte rei. Adde Veritatem moralem, & practicam quæ est integritas omnium, quæ recta ratio dictat iuxtà exigentiā obiecti operabilis, Vnde sumuntur principia practica. Nunc de Veritate in essendo præsertim loquimur; quam Vt proprietatem entis simpliciter tradit Aristot. 4. met. Vnum, Verum, bonum, passiones sunt entis.

Dico. Veritas est proprieta entis addit realitatem positiuam, & conformitas est rei ad propriam integritatē suę entitatis. Sc. 6. met. q. 3. Veritas in re comparatur quidem ad producentem, ad cognoscentem; tamen secundum adæquationem omnimodam, cum res est adæquata entitati; Vt Verbum Dei; & secundum imitationem tantum in creaturis, quæ participant entitatem ibidem § quo ad secundum; veritas, & falsitas; quia est conformitas rei ad extra, aut non. § item rerum; verum in re est illud quod apparet. Et Veritas non est conformitas, seu similitudo inter diuersa, sed identitas Vt manifestati ad se, Vt manifestans, & declarans; & manifestare est illud quod est. 1. d. 3. q. 3. E. si verum est respectus ad intellectum, non potest ens sub ratione veri esse obiectum intellectus. ibid. A. illud ens quod est lapis includit Veritatem. 4 d. 49. q. 4. l. forte nec Verum, nec bonum sunt rationes absolutæ Vltra ens. Probatur. Verum ex 4. met. est passio conuertibilis cum ente in sua ratione formali: ergo Veritas rei nō pendet ab intellectu. Sequela, affectio sequitur naturam subiecti. 2 quodlibet ens creatum, vel increatum est formaliter Verum, sed est ens non ad intellectum,

sed absolutè; ergo verum per respectum ad se. 3 ex lib. perhier. Ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera, vel falsa; ergo veritas intellectus, pendet à veritate, quæ est in re. 4 falsitas in ente est negatio, & nō conformitas in entitate; ergo veritas conformitas entitatis. 5 incongruum, vt à causa extrinseca sumitur, veritas passio entis intrinseca. 6 veritas in ente non est tantum denominatio extrinseca, à veritate in intellectu desumpta; vt Caietanus, nā si nulla veritas in intellectu, adhuc esset ens, & verum. nam vnū, verum, bonum passiones naturaliter secuntur à subiectis 2 veritas non denominatur à veritate intellectus creati, quia si nullus intellectus creatus esset, adhuc ens verum esset; nec intellectus diuini, quia Dei essentia, vt præexigitur actui sui intellectus, adhuc summam habet veritatem, & essentia Dei formalissime vera. ex denominatio extrinseca est à forma intrinseca; ergo veritas in intellectu supponit veritatem in re. 4 obiectum est prius cognitione obiecti, ergo veritas entis prior, cognitione veritatis entis. Nec est conformitas ad Ideas, siue creatas, vt species; siue increatas, in mente Dei; vt alij apud Suarez; 1 essentiæ Dei non est idea. 2 veritas creata hēt aliquem gradum, & conceptum vniuocum, saltim participatum, cum veritate Dei; ergo nec conformitas ad ideas. 3 idea est extrinseca rebus, veritas intrinseca. 4 in Idea non relucet realitas illa à qua desumitur veritas in ente; quicqd relucet in idea est esse cognitum, & secundum quid; veritas est cōformitas, & realitas entis in se; ergo in idea, & in specie est veritas in esse cognito, & secundum quid non veritas entis vt in se. 5 si nullus intellectus esset adhuc res vera esset, & nulla esset idea. 6 idea est veritas in cognoscēte; non veritas rei. 7 ab æterno ideæ, non veritas rei. Nec 3 conformitas entis ad producens, vel ad intellectum cognoscentem, vt Vulpius. 1 relatio similitudinis producti ad producens non est veritas passio entis; nam est respectus effectus ad causam, & est à causa extrinseca, veritas enti intrinseca. Pater eternus, est à se, & verus. essentia Dei improducta, & ipsa veritas; ergo nō per respectum ad producentem. 4 respectus ad producentem, & ad intellectum cognoscentem, sunt disparati; ergo non integrant simplicem entis passionem 5 veritas est realis commensuratio; ad sua principia, & ad intellectum est rationis. 6 affectio entis, est idē cum subiecto; ergo non importat id, cum quo non est idem. 7 veritas est in ente, vt præscindit à producente, & cognoscēte; nam vt formaliter ens sua intrinseca ratione, ita verum cum intrinseca proprietate. 8 veritas vere Dei attributum essentiale; ergo nequit dicere ordinem ad intellectum, vel ad producentem.

Arguent Caietan. Bannes, alij, quod sit denominatio extrinseca à veritate intellectus desumpta. 1 Ansel. dial. de verit. c. 12. veritas est rectitudo sola mente perceptibilis.

lis. 2 Veritas communi vsu, est cõformitas actus ad obiectum; ergo præter conformitatem ad intellectum sola denominatio extrinseca. 3 ex 6. met. verum, & falsum sunt in intellectu; bonum, & malum in rebus. 4 si spectatur ens ab omni modo, vel realitate super addita præcisum, adhuc ens est verum; ergo vel est sola denominatio extrinseca à veritate intellectus desumpta; vel est ipsum ens connotans veritatem intellectus. Antec. in eo statu est intelligibile, & non potest intelligi nisi vt verum; nam in eo statu distinctũ est ab ente falso, & non ente; ergo vt formaliter verum. 5 nulla affectio entis, vt distinguitur ab ente est aliquid reale; ergo tantum denominatio extrinseca. Antec, subiectum non includitur in cõceptu formali suæ affectionis. Ad 1 Veritas complexa. 2 obiectiue, vt mensuratur, & conformatur res cum ratione. 3 vt habitudo virtualiter inclusa in extremis, cui tantum conceptus intellectus potest conformari, aut difformari; non vt in simplici quæ est prior naturaliter omni habitudine. Ad 2 Veritas abstrahibilis. 2 Veritas collatiua, complexa, quæ est à ratione; non vt radix habitudinis inclusa in extremis ex natura rei. 3 intellectus comparat, & attingit verum in rebus. Ad 3 Arist. de veritate cognitionis, non rei. 2 de cognitione abstractiua, & volitate desiderij, quæ terminat actũ voluntatis. Ad 4 verum pro fundamento, non formaliter. 2 præcisè, & formaliter attingeret ens, vt ens; præscinderet à vero, aut falso; nam obiectum est ens, vt ens, non vt verum. Ad 5 est identicè ens; formaliter aliquid entis. 2 est dare gradus in entibus, si minus subiecto quod est ens; tamen realitas, & passio fluens ab ente, est veritas.

Arguent; quod sit conformitas ad ideas. 1. August. sup. 1. Ioan. res cognita in verbo vita creatrix quia cognitio eius est realiter vita creatrix; ergo creatura in Deo verius esse habet, quam in se ipsa. 2 Scot. quodlib. 18. obiectum potest dici verum, ne dum denominatione à veritate in intellectu, & vt actu est cognitum: sed vt in se ex conformitate ad exemplar formale. 3 illud verum quod est conforme mensuræ, & arti, ideæ sunt mensuræ, & res rerum; imago Cæsaris vera; quia conformis Cæsari. 4 creaturæ in Deo habent verius esse, quam in seipsis; ergo à veritate ideæ omnis alia veritas. Ad 1 vita creatrix identice; non formaliter. 2 creatura in Deo habet verius esse simpliciter, non verius esse tale. Ad 2 ostendit ꝙ verum non est præcisè ex intellectu, sed à veritate rei. 2 per conformitatem ad ideas, est veritas exemplaris extrinsece; non veritas entitatis intrinseca. 3 Veritas idealis, non realis. Ad 3 in ideis est veritas signi, non rei. 2 Veritas cognitionis creaturæ; veritas essendi creaturæ vt in causa. Ad 4 in Deo verius esse simpliciter; non verius esse hoc. lapis in mẽte Dei, habet esse simpliciter verius, quia obiectum cognitum in Deo habet

bet illud esse quod habet cognitio, non tamen verum esse intrinsecum, quo formaliter, & proprie est lapis. 2 res in mente Dei habet perfectius esse, quia omnis creatura est inferior mente, & cognitione *Dei*: at in mente nostra nō omnis res cognita est perfectior; Angelus longe perfectius esse hēt in se, quam in mente. 3 illa propositio res in anima habet verius esse simpliciter, quam in se ipsa; si res sit inferior anima: at si nobilior verius esse simpliciter, & in se. 4. d. 1. q. 1. ad 1.

*A*rguet Vulpius ꝙ sit cōformitas ad causam producentē; vel intellectum cognoscentem. 1 non est realitas absoluta, ergo respectus. 2 eiusdem ad seipsum non est habitudo realis. 3 res ad extra secundum imitationem in determinato gradu veritatem diuini esse participat. 4 filius in Deo habet verum esse adæquatum Patris; ergo ex conformitate producti ad producens veritas in esse. 5 veritas in re, & intellectu sunt correlatiua; vt scibile, & scientia, mensura, & mensuratum; ergo vt veritas in intellectu est respectus ad rem; ita veritas rei est respectus ad intellectum. 6 ens dicit ordinem transcendentalem ad intellectum in ratione scibilis, id non est quiditas, nec accidens, ergo passio; ergo veritas respectus rei ad intellectum. 7 intelligibilitas est passio intimior enti; & non est bonitas, vel vnitas, ergo veritas. res dicitur vera a veritate cognitionis; nam hæc est causatiua, & terminatiua illius; ergo in conformitate ad cognoscentem. *A*d 1 est respectus realis entis ad sui propriā integritatem. 2 respectus transcendentalis, non prædicamentalis, entis ad proprietatem. Ad 2 re, & ratione idem: 2 habitudo realis subiecti cū proprietate. 3 potest esse relatio, & ad absolutum secūdum veram identitatem.

*A*d 3 participant causaliter, & effectiuè; non sunt formaliter. 2 relatio similitudinis producti ad producens, non est veritas passio entis, potius dependentia effectus ad causam. 3 participant veritatem diuini esse extrinsece: at non intrinsece; nam aliud esse habent. *A*d 4 filius habet verum esse adæquatum, non ex productione simpliciter; sed in tali natura, cui conuenit esse diuinum. 2 per cōformitatem ad producentem habet veritatem essendi originaliter, & principiatiuè, formaliter habet veritatem ex sua intrinseca ratione. *A*d 5 veritas vt cognoscibilis, & obiectiuè; non rei. 2 sunt relatiua secundum dici, non secundū esse; si per impossibile nullus esset intellectus, adhuc quælibet res haberet secundum gradum suæ entitatis, propriam veritatem. Ad 6 habet ordinem transcendentalem in ratione scibilis; & intelligibilitas est veluti passio: at non ratio veritatis rei; sed affectio distincta. 2 cognoscibilitas vt conformitas ad rem cognitam est veritas in cognoscendo, non essendo. *A*d 7 intelligibilitas & veritas entis sunt proprietates disparatę: nam antecedenter ad veritatem, vnitatem, bonitatem; ens habet

ordi-

ordinem ad intellectum in ratione scibilis, & intelligibilis. 2 Imo si nullus esset intellectus; quælibet res secundum gradũ suæ entitatis esset apta manifestari, & assimilari intẽtionaliter, si nõ actu, aptitudine, & fundamentaliter, & tamen in modo essendi rei, esset veritas actu. 3 intelligibilitas est relatio rationis fundata in obiecto intellectus ad actum, veritas est rei. 4 est intimior enti, vt se extendit ad omnem formalitatẽ, & realitatem; at veritas est passio entis subiecti. 5 illa vniuersalior, & per respectum ad extrinsecum hæc in re, vt est in sua natura, cõformi, veraci; absq; respectu; Ais cur Arist. & Theologi verum, & falsum in intellectu; bonum, & malum in rebus? ℞ quia verum est propinquius enti in ordine ad potentias operatiuas circa totũ ens; sed bonum propinquius enti in ordine communitatiui, 2 quia veritas intellectus non pendet nisi à solo obiecto; & si intelligitur vt est, verus est intellectus; at bonitas voluntatis non pendet à solo obiecto: sed ab omnibus circumstantiis, fine, & integra causa. 3 quia appræhẽsione entis intellectus est verus; volitione entis voluntas non absolute bona.

An Deus simpliciter, & absolute sit prima veritas in essendo. 2.

Veritas immutabilis est supra mentem, & magis fundatur in esse rei, quam in intellectu; nam ab eo, quod res est, vel nõ est, oratio vera, vel falsa. Quod si verius esse simpliciter habeat res in anima, quam in se ipsa; id tamen est verum, si res inferior sit anima; non tamen verius esse hoc; nec secundum prædicationem: at si res nobiliores sint anima, vtroque modo verius, & perfectius esse habent in se. hinc veritas in re, vt in subiecto; in intellectu, vt cognoscente, in enunciatione, vt in signo. Deus ergo summa, maxima, & prima veritas in essendo; à quo omnis veritas; vt principio effectiuo, & exemplari: at res sunt formaliter veræ suis rationibus formalibus propriis, intrinsecis, in seipsis, & vt veritas est conformitas in esse; falsitas informitas; ab intellectu tantum appræhenditur.

Dico. Deus simpliciter, & absolute est summa, & maxima veritas per essentiam, absque respectũ ad intellectum. 6 met. q. 3. si p impossibile Deus non esset intelligens, nec producens, adhuc esset veritas rei 1. d. 2 q. 2. F. 3. d. 23. c. 4. d. 39. q. 4. G Probatur Ioann. 17. hæc est vita eterna, vt cognoscãt te solum Deum verum. Ibid. ego sum via veritas, & vita. Thesalon. 1. Conuersi à simulachris seruire Deo viuo, & vero. Aug. in psalm. 127 Veritas immutabilis est Deus. 2 prima & sũma veritas in dicendo, veritas Domini manet in æternum; ergo prima veritas in essendo. Sequela, veritas in dicendo supponit veritatem in essendo. 2 Deus est suum esse, & veritatem esse est per se notum; ergo veritas Dei est per essentiam. 3 Verum per essentiam est verius, quam

verum

verum in illo; ergo Veritas Dei non est per ordinem ad intellectum. 4 omnes res sunt veræ à prima Veritate Dei effectiuè; ergo Dei per essentiam; nam verum participatum habet reduci ad Verum per essentiam. 5 Deus à se necessario, & intrinsece ens, & essentialiter Deus; ergo Verus Deus. 6 si nullus esset intellectus ex impossibili, adhuc Verus Deus; ergo nõ comparatione ad intellectum. 7 Veritas attributum essentiale, præciso quouis actu intellectus. 8 nõ ideo Verus Deus, quia videt se Verum Deum, sed videt, quia re ipsa verus est Deus; ergo non per ordinem ad intellectum. R. Vulpius; non quod sit Verus Deus, quia cognoscit se Verum Deum; sed quia est manifestatiuus, & assimilatiuus & intentionaliter datus est illi Veritas, quæ est ratio posterior. 2 aptitudo assimilandi intentionaliter Vero, supponit Verum in se. 3 Verum per essentiam est, verius, quàm verum per aptitudinem in alio. 4 Verum per aptitudinem ad intellectum est ad cognosci, non ad esse. 5 aptitudo ad aliud non est esse, Deus veritas in essendo. 6 ab eo quod Deus est conceptus Dei Verus; ergo magis verus Deus in se absque conceptu.

Arguent plures Thomistæ, & Vulpius, qui Veritatem essendi Dei in respectu conformi, & aptitudinis ad suum intellectum ponit. 1 ratio Veritatis consistit in adæquatione rei, & intellectus. 2 Sco. 6. met. q. 3. Veritas in rebus per cõparationem ad producentem, vel ad intellectum cognoscentem. 3 Vnitas appropriatur Patri, Veritas filio, bonitas Spiritui Sancto; ergo signum quod ex intellectu habetur conformitas Veritatis; nam ex vi processionis intellectus, appropriatur filio Veritas. 4 Veritas est manifestatio rei ad intellectũ; ergo vt adæquate manifestatiuus suo intellectui est ratio Veritatis. 5 Verum, & falsum in intellectu; ergo essentia Veritatis Dei maximè apud intellectum. Ad 1. Veritas in cognoscendo; 2 aptitudinalis, non actualis proprietas. 3 Veritas vt mensurata, non quæ sui mensura. Ad 2 ad producentẽ, vt ad causam; ad intellectum, vt assimilatiuum; ad rem, secundum identitatem. 2 ad producentem est conformitas producti ad producens. Vel adæquata vt in Deo; vel imitatione vt in creatis, manifestatio rei in intellectu, est vt cognitum in cognoscente: at in seipsa Veritas rei est secundum gradum suæ entitatis; hæc ex Scoto. Ad 3 appropriatè in filio, quia intellectus exprimit, & declarat rem. 2 quia intellectus conformis primæ Veritati, est verus; vt voluntas cõformis primæ bonitati bona. 3 si appropriatur Veritas intellectui, non est intrinsece, & primo cum respectu ad intellectum; sed ab entitate dimanat, & essentia rei suam habet Veritatem. Ad 4 manifestata, declarata, & expressa, non Veritas identificata cum re. 2 quia intellectus illam cognoscit, & attingit. Ad 5 Veritas in cognoscendo; non in essendo. 2 Veritas similitudinis in repræsentando.

do. 3 si intellectus verus, quia manifestat Dei essentiam; hæc vera per essentiam. 4 aptitudo ad intellectum est propter verum esse; ergo in esse potior ratio attributi veritatis in Deo.

DE BONITATE DEI.

TITVLVS 3.

Quid sit bonitas entis. n.

Diuidi solet bonitas in naturalem, moralem, & meritoriam; naturalis, quæ conuertitur cum ente, est affectio conueniens cuilibet entitati secundum quod est à parte rei; Moralis integritas, & perfectio debita in his, quæ recta ratio dictat actui humano conuenire. Gratuita, quæ conuenit actui meritorio elicito secundum inclinationem gratiæ in ordine ad vltimum finem; nos de bonitate entis, quæ est in omni genere, & cum ente latissime effunditur. 2. dist. 7. E.

Dico. Bonitas passio transcendens, est ipsa perfectio, quæ sequitur, & fluit absolutè ab ente iuxta proportionem, ordinem, & mensuram rei, etiam vt præscindens est à rõne appetibilis. Scot. quodlib. 18. E. bonitas primaria est perfectio entis in se; 1. d. 3. q. 4. 3. d. 34. q. 1. ratio boni non includit formaliter respectum 1. d. 1. q. 2. l. ratio boni possibilis, non est ratio boni in communi; sed ratio boni perfecti K. perfectio quidditatiua, seu ratio essentialis est ipsa bonitas. quodlib. 6. M. bonitas essentialis, qua vna res est melior alia, nõ est res addita essentiæ, & transit in essentiam per identitatem. Probatur. 1 ex Aug. 6. de trinit. c. 4. idem est maius esse, quod melius esse. 5. Arist. bonum est id, quod perfectionem includit; bonum, & perfectum idem. 2 bonum in se, & bonum alteri; sed proprietas conuertibilis cum ente est bonum in se, ergo non bonum, vt alterius. Minor, vt est res in se, & ad se, ita perfecta in se, & ad se; appetibilitas est respectus extrinsecus, & vt bonum ad aliud. 3 non est inclinatio, nec appetibilitas bonitas entis, quæ sit in Deo; nec quæ sit in creatura; ergo non est primo in ipsa appetibilitate. Antec. non Dei ad se; quia si in Deo per impossibile non esset appetitus, adhuc bonus in se; non Dei ad creaturam, quia Deus non eget, nec inclinat ad creaturam; & si nulla esset creatura, adhuc bonitas Dei esset. Nec vt in creaturis, quia si nullus esset appetitus, adhuc essent bonæ; & si vna tantum esset, adhuc bona esset. 4 passio entis in se debet importare realitatem in se, & quouis respectu ad aliud præciso ab ente, adhuc bonum esset; ergo bonitas entis est intrinseca enti, absque respectu rationis perfectiui, & conuenientiæ ad aliud. 2 bonitas esset extrinseca, quia ens esset bonum, in quantum alteri est conueniens, vel tribuit perfectionem. 8 Vnaquæque res tantum habet bonitatis quantum perfectionis. 9 bonum quod perficit habentem, & quod sibi est satis.

tis.

tis. 10. Senec. ep. 19. bonum quod perfectè secundum naturam est. Plotin. de bono c. 1. Simplic. in Epic. c. 51. bonum quod est secundum naturā cuiuslibet, per quod suam perfectionem consequitur. Diog. apud Cicer. 3. de finibus; bonum quod natura absolutum est. Adde appetibilitas potius sequitur bonitatem, quam sit bonitas; nam antecedenter ad quemcumque respectum etiam aptitudinalem, ens est bonum intrinseca bonitate, sicut intrinseca entitate. Hinc bonum; quod Vnitate, essentia, & specie gaudet. Quod habet speciem, modum, & ordinem, & omnia in numero, pondere, & mēsura. Verum q ad amorem bonitatis est appetitus, & desiderium; nam bonum, & pulchrum, fundantur in eadem re, & forma, bonum respicit appetitum, pulchrū vim cognitiuam. Tandem, Vnitas in ente, respicit identitatem entitatis; veritas integritatem; bonitas perfectionem entitatis.

Arguent; Faber ex Scoto quodlib. 18 quod bonitas primaria est negatio imperfectionis, & diminutionis entis in se. 2 Suar. Caietan. quod bonitas sit ipsa met entitas, cum sola relatione rationis ad appetitum, Deus bonus per essentiā, creatura per participationem; ergo Vtraque est ipsa entitas. Sequela, bonitas entis in creatura non est accidens, ergo idem; nam bonum, & ens conuertuntur. 3 ens sua quidditate Vel est bonum, Vel malum; Vt sua quidditate non est malum, ergo formalissimè bonū. 4 Capreolus quod addat relationem rationis; bonitas rei à appetitur ob conuenientiam cum appetente; hæc respectus rationis. 5 Vulpius quod sit respectus appetibilitatis, Vel propter se, Vel propter aliud; bonum, quod omnes appetunt; ergo appetibilitas ratio inseparabilis à bonitate. 6 ens est verum per respectum conformitatis ad intellectum; ergo bonum per respectum appetibilis ad appetentem. 7 totum ens sub ratione veri obiectum intellectus, ergo sub ratione boni obiectum voluntatis. 8 passiones entis sunt respectus aptitudinales; ergo bonitas respectus appetibilitatis. 9 Deus in ente est supremum, summum, & perfectum appetibile; in creatura Vt bonitas participata, ita appetibilitas per participationem. 10 bonum, quod omnes appetunt, bonum est sui ipsius communicatiuum. Adde Scot. 4. d. 49. q. 2. X. nulli Voluntati complete bene inest, nisi habito, quod propter se est Volendum. d. 48. q. 1. A. & C. ratio delectabilitatis est bonitas. Ad 1 negatio imperfectionis ē ob positiuā realitatē. 2 negatio, quia præcisis imperfectionibus, ens est bonum. 3 Scotus ait positiuè importat negationem imperfectionis, quæ est ipsa met bonitas. Ad 2 Deus bonus per essentiam, quia bonitate, & perfectione inexistente à se, imparticipata ab alio; nulla creatura est à se. 2 bonitas entis est passio, dicitur quidditatiua, quia entitati intrinseca; non quia ipsamet entitas. 3 est essentialis perfectio entis, non ens. 4 non est accidens pro extra-

neo

neo; sed non ipsa entitas; nisi idéticè; at formalitas entitatis. Ad 3 sua quidditate bonum bonitate, primaria, radicali, & identicè; nō formali, & vt intrinseca perfectione. 2 bonitate entitatiua; non perfectionali. 3 nec sua quidditate malum, sed non includens bonitatem in sua quidditate. Ad 4 appetibilitas respectus, & ordo extrinsecus. 2 seclusa appetibilitate, adhuc bonitas in ente. 3 conuenientia est ratio respectiua; bonitas perfectio absoluta. Ad 5 omnes appetunt, quia perfectionem includit, ratione cuius aptum est expeti. 2 quia conueniens voluntati. 3 quia propinquius enti in ordine communicatiui. Ad 6 quia verum est prius bono secundum rationem; & bonum prius secundum appetitum: non quod sint tantum in ratione, & appetitu. 2 bonum propinquius voluntati, verum intellectui. 3 verum, & bonum in alio per hos respectus. 4 vt præcedunt quemcumque respectum, verum, & bonum in ente. Ad 7 sub ratione veri obiectū conueniens intellectui, sub ratione boni conueniens voluntati. 2 sub ratione respectiua veritas in intellectu, & bonitas in voluntate; at vt passiones entis, & realitates absolutæ, sunt ad se. Ad 8 aptitudines, sunt ex conformitate, quam habent ad illa; non ex primaria ratione in ipsis. 2 aptitudines sequentes entitates; 3 bonitas perfectio absoluta ex se talis sui conditione appetibilis, & id ratione cuius res in se est appetibilis. Ad 9 summum appetibilitatis ad Deum, quia in eo non tantum ratio boni in communi, sed boni perfecti 2 quia bonum in se; appetibilitas propter bonum, volentis. Ad 10 quia includit perfectionem, quæ nata est expeti; non quia perfectio sit appetibilitas; quia perfectio sui natura communicatiua, & respicit appetitū. Ad Scot. ibi de bono beatifico, quod est in adeptione vltimi finis. 2 bonitas actus circa summū bonum, & perfectum in se. Ad aliud delectabilitas potest dici bonitas, quę est affectio entis transcendentalis. 2 ibi ait, delectabilitas non potest non esse delectabilis, esto possit nō delectare. 3 est bonitas in actu, non in obiecto; nisi motiue, & causaliter. Ais proprietas bonitatis est perfectio ad diffundi, & communicari. Rx in alio, & propter aliud; non bonitatis in se, quæ est perfectio absoluta entis in actu secundo, & respectu alterius, ad se est perfectio, forma, actualitas, & realitas entis. Adde omne ens antecedenter ad passiones est appetibile; si Deus primum appetibile; & creaturæ appetibiles per participationem; appetibilitate consequente quidditatem, non quæ habeat rationē passionis, si ratio formalis obiecti potentiæ esset respectus ad potētiam, facile esset assignare prima obiecta; visus visibile, auditus audibile, quod Arist. non fecit: sed sicut aliqua absoluta vt visus colorem, audiens sonum, si verum dicat respectum ad intellectum, & similiter bonum ad voluntatē; ex hoc non sequitur, quo ratio

illa sit ratio formalis obiecti; sed aliqua alia, Scot. 1.d.3.q.3.E.

An tantum Deus summe bonus per essentiam 2.

Bonum physicum dici solet, perfectio rei, quæ natura constat. bonum metaphysicum perfectio entis inclusa in omnib' quæ sunt extra causam. Bonum morale spectat ad virtutes, in moribus positum, & ad actiones earum. Bonum rationis, habitus mētis, in contemplatione veri consistens. Bonum prudentiæ, recta ratio, & dispositio ad omnia agibilia. Bonum artis, recta ratio ad ea, quæ extra sunt operabilia. Bonum fortunæ bonum externum mutationi obnoxium. Bonum naturæ pulchritudo, sanitas, vires. Bonum gratiæ, donum Dei desuper infusum. Bonū meritoriū opera nostra ex impulsu gratiæ Deo accepta. Bonum gloriæ visio frui tio, & perfecta possessio summi boni. Bonum summum est primum supremum absolute perfectum, non pendens ab alio, per essentiam tale, sui conditione fæcundum, à qua cætera pendent, per quod seruantur, perficiuntur, & in quo ratio, vltimi fruibilis propter se à natura intellectuali.

Dico. Solus Deus absolutè summe bonus, & per essentiam: omnis creatura per participationem. 1.d 1.q 2 I. in ente ratio boni, in communi tantum, in Deo ratio boni perfecti; non habens defectum. 3 prol 1. est summe vnum summum verum, summum bonū in ente. 4 d. 49. q.1.B. Probatur. Matt.19. Vnus est Deus bonus. Luc 18. nemo bonus nisi solus Deus; quod summè, per essentiam, & boni perfecti debet intelligi. 2 tantum Deus in genere entis est simpliciter summum, habet plenissime entitatem, totalitatem essendi, infinitatem entitatis; ergo summum, & infinitam bonitatem, in genere perfectionis, & attributi. 3 tantum Deus perfectus vbi omnis ratio boni possibilis reperiri in aliquo vno simpliciter in ratione entis. 4 tantum Deus per excessū ad omnia tam affirmatiue, quam negatiue; tam per inclusionem boni, quam per exclusionem defectus, & mali. 5 solus Deus habet formaliter bonitatē, vt perfectio intrinseca inexistens, nō desumpta à bonitate alterius, ab alio imparticipata; vt imparticipata est entitas. 6 solus Deus efficiens causa est omnis bonitatis, vt etiam entitatis à cuius essentia pendet essentialiter omnis entitas, & bonitas. 7 summe simplex, summe necesse, summe independens, sūme vnus, summè verus ergo, & summe bonus. 2. Pars. 1.d.3 q 5. H. Probatur, ex August. bonum omne est per participationem primi Gen. 1. vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona; ergo nō per essentiam sed participatione. 2 omnis creatura habet effectiue bonitatem ab alio; esto in se sit formaliter bona; ergo omnis est bona per participationem: 3 vt est entitas participata, ita bonitas participata. 4 nulla habet rōnē boni perfecti, nisi vbi nulla ratio de-

fectus

fectus saltim apparentis, aut secundum præfixionem. 4 summū bonum possibile in creatura est infinita bonitas negatiuè, quæ nequit excedi; non positiuè per excessum ad omnem aliam creabilem. 5 omne bonum creatum, est entis ad finem; omnia propter semetipsū operatus est Deus. 6 Deus absolutè bonus, quia omnium finis, non tantum naturalis, propter quem omnia extra fiunt; sed supernaturalis, ad quem intellectuales creaturæ specialiter ordinantur.

Argues contra 1. diuina bonitas est perfectio, & attributum distinctum ab essentia: ergo non bonus per essentiam. 2 est extra rationē quidditatiuam Deitatis, ergo non per essentiam. 3 bonitas entis dicit rationem vniuocam Deo, & creaturæ; ergo vtrique per essentiam. ℞ bonus per essentiam, quia à se, & in se bonus, non ab alio; non quia bonitas sit vltimate formalis entitas, sed perfectio entis. 2 quia ab eo entitas, & bonitas in alijs. 3 quia omnia bona à primo bono fluxum habēt, & refluxum. Ad 2 extra formalitate, non identitate. 2 extra quidditatem, sed non participata ratione. 3 nec per essentiā alterius ab ipso. Ad 3 vniuocatio, vt non derogat entitati à se, nec bonitati à se 2 est vnitas conceptus, non realitatis; hinc in Deo per essentiam in nobis participatè. Ais si bonitas fluit ab essentia, essentia non est bonitas. ℞ in abstracto est predicatio idētica 2 essentia est bona formaliter, non formaliter bonitas. 3 pelagus, radix, fons totius bonitatis.

Argues cōtra 2 Vulpius; omnis creatura formaliter ens propria essentia, & entitate; ergo formaliter bona sua essentia, & bonitate. 2 bonitas vt est intrinseca Deo ita suo modo intrinseca creaturæ. 3 effectiuè à Deo, tamen proportionata bonitate, & formalitate. 4 bonitas non est per aliquid additum rei, ergo per essentiam. 5 essentiæ, & quidditates rerum necessariæ, & bonæ. Ad 1 ens à sua essentia, bonitas non est essentia. 2 vt ens participata entitate, ita & bonitate consequente. Ad 2 intrinseca creaturæ, quia non accidens extraneum, non quia non habeat fluxum à primo bono. 2 in Deo infinita bonitas; in creatura limitata, & dependēs. Ad 3 à Deo effectiuè; & in se non habet bonitatem, vt quidditas, quia bonitas non est quidditas, sed perfectio quidditatis. 2 in entitate est bonitas radicalis, non perfectionalis, quæ est affectio, & attributum entis. Ad 4 non per additum ab extrinseco, sed perfectio intrinseca. Ad 5 necessario bonæ quia includunt bonitatem non quia formalitas illius, 2 radix, & origo. 3 bonitas transit in identitatem cum quidditate; manet secundum formalitatem.

An Deus communicet suam bonitatem.3.

SI omne bonum est bonum sola similitudine diuinæ bonitatis, & nihil diuinæ bonitatis participatici-

ticipatione omnino caret, & bona sunt omnia, quia à primo bono; Hinc fit vt communicatio sit quid intrinsecum bonitatis; non vt essentiale ipsius: sed vt perfectio simpliciter est alteri communicabilis; ipsa bonitas quæ est vera perfectio entitatis maxime cõmunicabilis; hinc bonum sui ipsius diffusiuum, & tunc aliquid est perfectum cum potest facere sibi simile secundum speciem; quod debet intelligi ex 4. d. 1. q. 1. A A in his in quibus non repugnat communicare naturam; & sunt perfectiora; nam aliqua sunt perfecta, quæ ex perfectione naturæ habẽt, vt illorum natura non possit esse nisi à Deo immediatè, & per creationem; si ergo bonum est sui ipsius diffusiuum; summum, & infinite, at supremum bonum est maxime sui communicatiuum.

Dico. Perfectissima, & infinita bonitas naturæ Dei exigit, vt se cõmunicet necessario ad intra eadem numero; at ad extra libere, & pro vt vult, se communicat modis possibilibus participari à creaturis, ex Scot. in 1. vbi cõmunicatio bonitatis ad intra in trinitate. in 2 ad extra per creationem. in 3 communicatio Verbi incarnatione, & humanitatis assumptione. in 4 per gratiam in Sacramentis pro statu viæ; & per gloriam, in patria.

Probatur; si bonum est sui ipsius diffusiuum, & perfectio naturæ, & quidditatis est, vt sit communicabilis; ergo perfectissimæ, maxime communicabilis. 1. Item in creatis vbi bonitas limitata, eadem indiuidua natura, & singularis nequit communicari nisi species ergo in Deo eadem numero communicatur. 2 ad extra, imperfectio est, vt non totaliter creatura producat, & reducat de non esse ad esse; ergo bonitas, & perfectio Dei, vt possit de non esse, simpliciter ponere creaturas ad esse simpliciter; & est creatio. 3 Breuiter; bonitas Dei se communicat ad intra in eadem natura. in attributis idem velle, idem sapere, idem posse. Ad extra creatione dat esse; conseruatione continuat esse; prouidentia gubernat; illapsu generali, per essentiam, cunctis adest; per præsentiam omnia videt, per potentiam omnia potest. Illapsu speciali, cõmunicat personam verbi humanitati; creaturæ spirituali, & corporeæ, omnis enim creaturæ aliquid habet homo. Illapsu gratuito prædestinat ad finem; vocat in tempore, dat dona; confert gratiam; & media Sacramenta; est summum, optimum, finis, & bonum perfectum nostræ fælicitatis, & gloriæ in Patria. Bonus circa reprobos; eis dat esse; sæpius dona maiora præstat in tempore; non reprobat sine demeritis, non damnat sine culpa; necessaria ad salutem non denegat; Bonus in inferno; non annihilat; punit citra condignum, parcit si nõ à toto, à tanto, manente in eis intensa malitia, manet diuinæ bonitatis, iusta retributio.

Argues. 1. filius, & Spiritus Sãctus accipiunt essentiam, & bonitatem ab alio, ergo participata bo-

bonitas in eis. 2 Spiritus Sanctus non communicat suam essentiã; ergo non bonus per essentiam, vt Pater, & filius. 3 posset Deus, & alijs modis se extra communicare, ergo non infinite bonus. Ad 1 ab alio accipiunt bonitatem; sed non aliam, eandem bonitatem, & essentiam. 2 a quo alius, & quis ab alio ad intra, sunt tantum termini communicationis eiusdem essentiæ, & bonitatis. Ad 2 perfectio simpliciter bonitatis est communicabilitas naturæ, & quidditatis; non relatio communicationis. 2 etiam in Spiritu Sancto natura eadem communicabilis; esto vt sub hac relatione sit terminata adæquatè communicatio. 3 relationes originis in Deo non sũt perfectiones, sed entia non quanta, perfectionem habent identicè ex natura communicabili. Adde; personas ad intra esse sibi inuicẽ, intimè communicatas, per circũincessionem, & mutuam præsentiam, subsistentis in subsistente in eadem natura. Ad 3 perfectio simpliciter est communicabilitas, nõ communicatio. 2 ab alio extra se libere, & pro vt vult, & vt prior omni actu indifferens; nèc eget communicatione ad extra ad perfectionẽ suæ bonitatis. 3 bonitas creata non addit Deo bonitatem, nec auget illam; August. beatus, qui te, & illa nouit: sed non beatior propter illa.

An bonitas in Deo, & bonitas creata faciant maius bonum. 4.

PErfectio simpliciter non includit per se relationem ad creaturam; quia relatio repugnat rationi perfectionis simpliciter; quia ad terminum imperfectum, & potentialem; quia ad creaturã habet relationem rationis, cui repugnat perfectio simpliciter, nam est ens diminutum. Ideo bonum summum, & creatura non sunt quid melius Deo; & si bonitas creature in se sit bonitas realis, tamen eminenter continetur in Deo: si tamen essent duo infinita, essent quid melius, quia infinito repugnat contineri in alio, & aliqua perfectio ei deesset.

Dico. Deus, & creatura non faciunt maius bonum; nec creatura addit ad bonitatem Dei, nec intensiuè, nec extensiue. Scot quod lib. 5. C. et H. 2. d. 1 q. 3. L. Prob. nihil est summe perfectum, cui deficit aliqua perfectio simpliciter; ergo Deus non esset summe bonus, si posset addi illi bonitas, tam intrinsecè, quàm extrinsecè. Antec. nulla perfectio simpliciter est incompossibilis alteri. 2 plura bona infinita excederent in bonitate idem vnum bonum; nam singulis esset æqualis, & distincta bonitas, sicut in vno; & in singulis deesset bonitas; sed Deus, & creatura non sunt æque idem bonũ, nec Deo deest bonitas; ergo Deus & creatura non excedunt Deum. 3 infinitum habet realiter, & vnitiue omnem perfectionem simpliciter, vt omnis perfectio nata est haberi in vno, ergo non potest illi addi, & vniri bonitas. Antec. vt finitum ens continet omnem rationem entitatis possibilem in aliquo vno; ita rationem omnis per-

fe-

fectionis, & bonitatis. 4 tunc bonum vnius non est æque bonum, ac bonum plurium, & auget illud; si bonitas illius non continetur eminenter in alio, & totaliter non habet quicquid boni est in illo; Deus habet actu quicquid potest esse in vno; virtute, quicquid potest esse in alio. 5 in entibus est ordo essentialis, & semper itur ad vnitatem; ergo in bonitate essentialis est ordo ad vnum omnino, cuius non possit augeri bonitas. 6 infinito nihil est maius nec equale alteri finito, vel infinito; nam hæ proprietates finitæ; ergo nequit augeri bonitas. 7 infinitum bonum sufficienter omnem dependentiam bonitatis finitæ terminare potest, ergo circumscripta quauis alia, adhuc in suo esse maneret; ergo nihil habet, quod compleat ipsam, & augeat eius bonitatem 8 tam intensiue, quàm extensiue nequit pendere à creatura. Demum in se cōtinet bonitatem creatam, eminenter; vt causa; vt exemplar; vt finis, & terminus omnium bonorum; fecisti nos Domine ad te, sitiuit anima mea ad te. pars mea Deus meus.

Arguent. Durandus, & aliqui Thomistæ; Deus, & orbis sunt duo bona, ergo vterque simul maius bonum, quam alter. 2 Si nō addit creatura intensiue, addit extensiue. 3 duo infinita essent quid melius, ergo altero finito addito saltem, quid maius. 4 corpori infinito additum finitum, redderet maius; ergo & bono infinito additum bonum finitum. Antec. non adderet ad infinitatē, adderet extensionem. 5 infinitas non tollit bonitatem alterius, ergo non tollere additionem. Sequela; quæ sequuntur entitatem, non tolluntur posita entitate. 6 Verbo in incarnatione addita est humana natura, & illi vnita; ergo infinito potest fieri additio saltim extensione. *Ad* 1 sunt duo bona in seipsis non ad augendum infinitum. 2 maius, si posset aliud fieri vnum cum eo. 3 continet illud virtute, vnitiue, eminenter, possibilitate qua bonum potest esse vnum, melius, & optimū. *Ad* 2 nec extensiue, nec intensiuè potest infinito per modum vnius addi. 2 extrinseca denominatione adderet extensiue, quia essent duo. Ad 3 duo infinita quid melius, quia vnum non posset aliud continere. 2 in quolibet esset equalis bonitas sicut in vno: at bonitas finita continetur eminenter in vno, ideo non auget, nec facit excessū per illud bonum in se. 3 vt bona infinita realiter distincta repugnant, ita bonum finitum, vt fiat maius bonum si addatur infinito. Ad 4 dimensiones essent aliæ formaliter, & repugnarent; dimensio infinita non posset excedi. 2 nec infinitum quantum suscipere potest incrementum, nec infinita bonitas. Ad 5 infinitas nō tollit ab alio, sed continet virtute perfectionem illius 2 non tollit esse alterius; tollit vt bonitas alterius augeat suam. 3 qua ratione est infinita intensiuè, & extensiuè; eadem non suscipit incrementum. Ad 6 verbum vnitur per solam termina-

nationem dependentię humanitatis; non perfectionis additione. 2 Vnione recepta in humanitate. 3 continet virtute, & eminenter perfectionem humanitatis, nec vnione melius, aut perfectius factum est verbum.

An summum bonum sit summe propter se appetibile. 5.

VTique bonum est, quod omnes appetunt; & perfectionem intrinsecam includit, ratione cuius ipsum est aptum experi. Appetibilitas ergo non est prima perfectio, quæ pertineat ad esse essentiale: sed pertinens ad esse secundum, quatenus aptum est coniungi perfectiuo extrinseco; quia attingendo extrinsecum, perfectius se habet, quam potest habere in se, & ad se; & secundum ordinem naturarum sunt extrinsecè perfectiua, completiuè perficientia; perfectiones enim extrinsecæ, quæ coniungunt perfectiuo extrinseco, correspondent gradibus perfectionum primarum; vt si minus perfecta, & minor in eis est bonitas minus sint extrinsecè perfectiua, & minus appetibilia, nec vltimatè; imò ea adæpta appetitur vlterius, in summo autem, & supremo bono, vbi ratio boni perfecti, & perfectiuum extrinsecè adhuc est summum, & ratio appetibilitatis est summa.

Dico. Appetibilitas propter se est perfectio secunda in summo ac supremo bono, respiciens perfectiuum extrinsecum, & est respectus bonitatis ad aliud, non ratio bonitatis in se. 4.d.49.q.1.D. quodlib.1 C.1.d.1.q.2.quodl.18.C Prob. bonitas primaria entis est bonitas essẽtialis, & pfectio entis in se, ergo appetibilitas ad aliud perfectio secunda 2 perfectio simpliciter non includit per se respectũ; ergo ratio appetibilitatis; est vt accidens pertinens ad esse secundum. 3 bonitas in Deo est essentialis perfectio; appetibilitas est respectiua, ergo ratio extrinseca, & perfectio secunda. 4 Bonum appræhenditur sub ratione absoluta, & vt propter se bonum, ergo bonum, vt propter aliud est ratio secũda. 5 Bonum, vt habet rationem finis, est diffusiuum sui, respicit appetitum, vt mouens est ratio extrinseca. ℟ Vulpius bonitas primaria est entitas quidditatiua; perfectio entis in se indistincta ab ente. C. ratio entis præscindit à bonitate, quæ est perfectio entis. 2 multa sunt entia, quæ nullam habent bonitatem, & perfectionem; ergo ratio bonitatis nõ est ipsa entitas. Ant. relationes originis in Deo non habent bonitatis perfectionem, nec sunt meliores ipsæ, quam non ipsæ. 3 bonitas est perfectio communicabilis; relatio originis nequit communicari, & est entitas; ergo entitas nõ bonitas primaria. 4 attributa, proprietates, & affectiones entis, non sunt entitas; fluunt ab ente; non sunt formæ extrinsecè, sed quibus Deus est formaliter tale, non per informationem, sed per identitatem, saluis propriis formalitatibus

5 non

5 non admittit formalitatem bonitatis intrinsecam Deo, sed tantum per aptitudinem, & respectũ. 6 essentia præcisissimè est fundamentum bonitatis, origo, & præexigitur; vt à fonte manat riuulus, & omnis alia perfectio.

Arguent Thomistæ; qui bonũ tantum ratione distingunt ab ente; & Vulpius, qui addit solum respectum aptitudinalem appetibilitatis. 1 Bonum intrinsecè includit perfectum, & actum, quod est ens; ergo differt tantum conceptu, & ratione. 2 res tantum habet bonitatis, quantum entitatis, ergo entitas est bonitas 3 Scot. 1.d. 1 q 2. K perfectio, seu bonitas formalis est entitas quidditatiua. 4 ex 4.d 48.q.1 D. ratio delectabilitatis, quæ est bonitas non potest non esse delectabilis; potest tamẽ non delectare. 5 Boet de hebdomadibus, bonitatem esse, quemdam effluxum, & dicere respectũ ad creaturam. 6 idem Boetius, bonitas est accidens rei, nec res eo sunt bonæ, quo sunt, ergo addit respectum. 7 passiones, & proprietates sunt aptitudines in subiectis; risibilitas aptitudo in homine, ergo appetibilitas aptitudo. 8 totum ens est obiectum intellectus sub ratione veri; & voluntatis sub ratione boni; ergo vt sub ratione conformitatis se manifestat intellectui ita sub ratione appetibilitatis respicit voluntatem. *Ad* 1 bonum, & perfectum includunt ens identicè, non formaliter. 2 entitas est bonitas radicaliter, & fundamentaliter, bonitas fluit, vt perfectio entitatis. Ad 2 quia fluit ab illa, non quod sit formaliter illa. 2 quia idem; quia ea perfecta entia dicuntur, in quibus bonum inest. *Ad* 3 ibi Scotus, perfectio formalis est entitas quidditatiue; ens autem est habens quidditatem, & contrahens perfectionem, at non est formaliter illa perfectio. 2 est ens quidditatiuè, at nõ ens habens quidditatem *Ad* 4 ratio delectabilitatis est ratio ad extrinsecum, ita & appetibilitatis; id vnde fit apta expeti, intrinseca 2 non bonitas in se; sed ad aliud. Ais bonitas est ad aliud, ad expeti amari, concupisci. ℞ commodi; amor amicitiæ est propter bonũ in volitio; vnde bonitas prius est rei. *Ad* 5 bonitas vt creata, & participata fluxus à primo bono, ex quo omnia pendent. 2 vt fluxus pendentia, & participatio est respectus; at in se est perfectio absoluta, intrinseca creaturæ. Ad 6 ibi de bonitate, qua habita, sibi bonum inest: non de bonitate, qua res bonæ sunt. 2 de bonitate voluntatis, vt apta est coniungi perfectiuo extrinseco: cui respondet perfectio intrinseca. Ad 7 sunt aptitudines, per respectum extrinsecum. 2 vt à nobis circumscribuntur, in se sunt perfectiones rei & proprietates *Ad* 8 sub ratione veri obiectum cognitum. 2 boni appetibilitas est ratio secunda obiecti voluntatis. est bonitas ad aliud est conuenientia obiecti ad potentiam, non obiectum; nam malum etiam attingit voluntas. 3 appetitur bonum, quia in se bonum.

DE TRINITATE
ET DIVINIS PRODVCTIONIBVS.
TITVLVS XIV.

An in Deo vere sit productio. I.

PRoductio, seu processio in Deo est origo, & emanatio in substantia, qua vna persona accipit esse ab alia. Imperfectio est in creatis, vt productio sit habitudo subiecti mutati ad formam quæ de nouo incipit esse; in Deo tantum est ordo, & habitudo ad terminum productum.

Dico. In Deo verè est productio. 1. dist. 2. q. 6. A. Probatur. Ioa. 8. ego ex Deo processi. ps. 109. ex vtero ante luciferum genui te. Isai. 53. generationem eius quis enarrabit? symbolum Nicænum, qui ex Patre, filioque procedit. ex Bonauen. Bonum est sui diffusiuum, ergo infinita bonitas ad intra est summe fæcunda. ex August. 4. trinit. c. 26. Pater principium totius deitatis. Ratio Scoti; in Deo est suppositum habens à se principium sufficiens; nam Deus verè natura intellectualis, habens memoriam perfecte fæcundam; vt intellectus summè intellectiuus. & essentia summè intelligibilis, ergo est principium productiuum notitiæ genitæ; & quia perfectum, infinitum, & necesse esse, necessario ponitur productio perfecta, & adæquata. similiter voluntas infinita, habens obiectum amabile infinitū est in Deo; ergo est principium productiuum amoris infiniti. At notitia in Deo adæquatè producta non est accidens, nec amor voluntate productus: ergo substantia subsistens persona realiter à producente distincta. 2 intellectus creatus intra se producit verbum cordis, quod est simile rei intellectæ: & expressio obiecti; ergo in Deo est verbum mentis simile termino reali intelligentiæ; in nobis simile productum est accidens, ergo in Deo productum est substantia, vbi nil est accidens. 3 In omni genere imperfectum arguit perfectum, sed productio ex sui ratione non est imperfectio, & in creatura non attingit finem perfectum, qui est perfecta assimilatio in vnitate naturæ, ergo datur productio perfecta in vnitate naturæ in Deo. 4 imperfectionis est, quod natura creata alia numero communicetur; ergo perfectissima Deo quod eadem numero se communicet. 5 principium productiuum nullam ex sui ratione imperfectionē, & productum potest esse coæuū producenti, si agens sit sufficiens, in nullo dependens, sine motu, splendor à sole, calor ab igne, riuus à fonte; hæc & omnia aliud aliquid explicat. Demum relatio motiui,

tiui, & mobilis non pugnant in Deo; nam à nullo quam à se moueri, sine imperfectione, est aptus ergo nec producentis, & producti sequela; nam relatio producentis ad productum in Deo est tantum ad suppositum; non ad terminum formalem, qui non distinguitur à producente, nec à termino producto.

Vrgent errores; Auicennæ, quod productum non sit necessarium, Arij, & Macedonij quod filius, & Spiritus Sanctus sint, vt effectus à causa in alia natura. Sabellij, q̃ processio sit eiusdem personæ ad distinctos effectus, vt Pater creat, vt filius est incarnatus; vt Spiritus Sanctus confert dona. 1 Nullum productum est ex se necessarium; nihil enim est necessarium ex se, & ab alio, 2 omne productum possibile fuit produci, ergo in potentia. 3 terminus productus est posterior, & alius à producente. 4 Deus non habens productum fieret habens productum. 5 productum pendet à producente, & alius in natura. 6 si non alteratio, nec loci mutatio; nec productio, & generatio. Ad 1 si ex se, est nota producentis, aut efficientis, cōcedo, si est nota termini formalis; & rationis essendi, nego. 2 necesse esse ex se formaliter, & ab alio productiuè, non repugnant; nec ad idem genus spectant; filius habet eandem naturam simpliciter necessariam, indefectibilem, à Patre tamen. *Ad* 2 possibile logicè, vt opponitur impossibili, non repugnat Deo; physicè vt distinguitur à necessario, & est contingens repugnat. 2 producibile ad intra est possibile, quia non repugnat produci, non physice, quasi in potentia ad produci, quia semper in actu. Ad 3 posterior origine, non in esse. abstractione præcisiua, non diuisiua. relatiuè se habet ad producentem, at necesse esse, & illi coæuus. Ad 4 non habet; quia productum non est de sui ratione formali; non quia oppositum infuit, hinc non mutatio. 2 productio formæ de nouo, mutatio: nō vt tantum habitudo ad terminum, & eadem est natura producentis, & producti, *Ad* 5 si alia natura in producto. non si eadem, quæ vt independens in Patre, ita in filio. 2 dependentia in alia essentia, & natura; præexigentia tantum in alio supposito. Ad 6 generatio, vt mutatio imperfectio, quia subiectum in potentia; alteratio, & loci mutatio sunt ad nouum accidens, & Deo repugnat: at generatio, vt tantum productio respicit p̃cisè terminum, & nil in potentia; Deˀ Pater communicat essentiam, & generat filium sibi æqualem; Isai. 56. dicit Dominus, si ego, qui alijs generationem tribuo, sterilis ero?

An duæ tantum productiones in Deo. 2.

DIuina essentia vna numero indiuisa, & singularissima, per processiones communicatur sine sui diuisione. Communis, nō indifferentia negatiua, aut priuatiua: sed inexistentia positiuè. Natura purè intellectualis non producit nisi intellectu, & volunta-

te;

te, & productiones sunt iuxta numerum principiorum producentium, habentium distinctas rationes producendi.

Dico. Duæ tantum productiones in Deo, alterius rationis, generatio, & spiratio. 1 d. 2 q. 7. M. De filio, Ioan. 1. sicut Pater habet vitam, ita dedit, & filio. De spiritu sancto, qui ex Patre, filioque procedit, in symbolo fidei: 2 August. 5 trinit. c. 14. filius vt natus; Spiritus sanctus procedit, vt datus. 3 ratione; in Deo duo tantum principia producentia alterius rationis; nam Deus perfectissime intellectualis; ergo perfectissime exigit intellectum, & voluntatem, vt potentias, & facultates operãdi, & producendi, quæ adæquent essentiam in operari, & producere; sed productio intellectus est alterius rationis à productione voluntatis; ergo in Deo duæ productiones alterius rationis. 4 in natura creata duplex modus operãdi, & producendi per naturam, & voluntatem; ergo in Deo duplex productio intellectus, & voluntatis. 5 ibi duo tantum principia productiua ad intra habentia productiones adæquatas, quæ semper manent; ergo duæ tantum productiones. Antec. pluralitas principiorum producentium in Deo non potest reduci ad vnitatem, ob modum oppositum agẽdi intellectus, & voluntatis, nec vnum ad aliud; nam quod reduceretur esset imperfectum; ergo ob duo principia productiua, quæ semper manent, duæ tantum productiones semper manentes.

Arguent ex Arist. Philosophis qui tãtum ex sensibus procedũt, & Macedonio, qui processionem per voluntatem aufert. 1 in nobis intellectus, & voluntas non communicant naturam distinctis suppositis; ergo nec in Deo. 2 vnius naturæ vnus modus communicandi Auer. 8. *phys.* com. 46. 3 voluntas principium ad extra, nam essentialiter libera, ad producere, & non producere; ergo non ad intra vbi productum est necesse. 4 intellectus, & voluntas habent actus immanentes, nec producunt terminum. 5 Arist. 2. *phys.* diuidit naturam, ab intellectu, vt principia distincta. 9. met. c. 2. potentia rationalis valet ad opposita; ergo non productiua ad intra; vbi non est potentia ad oppositum. 6 motus, & productiones specificantur ex terminis 5 *phys.* 31 & 48. in Deo vnus terminus formalis, essentia.

Ad 1 in creatis intellectus, & voluntas, non adæquant in esse; in Deo etiam in esse, in nobis tantum in operari, hinc possunt habere actus perfectos, non producere. 2 in nobis producunt simile intentionaliter; in Deo vbi nil accidens, simile in substantia, & natura. *Ais* quia perfectè idem in Deo communicãt sui productis naturam; ergo in nobis, etiam idẽ. Rx in creatis idem in concreto, nõ in abstracto, vt in Deo, quia formaliter infinite, tam in abstracto, quam in concreto sunt idem cũ natura, in concreto prædicatio formalis, in abstracto identica. Ad 2 non absolute vera; ex Am prof

de incarn. Adam, & filius eiusdem naturæ; ille creatione, alter generatione. 2 Auer. 12. cæli, ignis excussus è lapide, & genitus ab alio, eiusdem naturæ per alium modū producendi; genitum vniuocè, & æquiuocè, ex putri, & propagante eiusdem naturæ. A's à supposito eiusdem speciei tantum vniuocè; à causa superiori æquiuocè; Deus non habet superius. ℞ in creatis natura principium cōmunicationis; ideo vna ratione; at in Deo intellectus, & voluntas adæquant in esse, & duplex ratio. 4 Auerr. contra Auicennam, cui imposuit, vt homo possit generari æquiuocè, sicut animalia ex semine, & putredine. Ad 3 libertas contrarietatis ad diuersos actus, & per distinctos actus ad distincta obiecta, quæ est specificationis non in Deo, nec ad intra, nec extra; contradictionis ad diuersa obiecta, quæ est exercitii, est ad extra pro instanti æternitatis; at libertas essentialis, quæ excludit esse naturam determinatā, & actiue non se determinare, est in Deo ad intra, 1. d. 13. 2 libertas contrarietatis, & contradictionis est ad producere, & non producere; essentialis est se determinare ad productionem, & stat cum necessitate. Ad 4 in nobis actus intelligendi, & dicendi integrant vnum actum adæquatum; nec est actus intelligendi sine actu dicendi de genere actionis; ita in Deo, duplex actus intelligendi, & volēdi, & actus dicendi, & spirandi. 2 in nobis dicimus, & producimus mentaliter, ex indigentia, vt intelligamus; at in Deo dicere, & producere non est ex indigentia: nam id ab actu operatiuo: sed ex plenitudine perfectionis, fœcundus notitiæ genitæ, quæ est Patri adæquata in esse. 3 vt exeunt in operationes sunt actus immanētes, & qualitates; vt productiuæ potentiæ habent terminum; nam in nobis intellectus producit verbum mentis, & voluntas amorē; in Deo verbum est substantia, & amor subsistens, & Deus. Ad 5 Arist. 2. phys. coniungit intellectū cum voluntate respectu operum artis. 2 intellectus potest concipi vt natura, & vt regulat praxim; & sic potest dici liber, ad opposita, & coincidit cum voluntate. Ad 6 non præcise ex terminis; nam motus rectus, & circularis ex 7. phys. ad idem vbi, & differunt sic, quod non possint inuicem comparari. A's motuum differentium specie sunt termini differētes specie. ℞ vbi forma fluens est eiusdē rationis cum forma termināte; in Deo generatio est relatio, & habitudo ad terminum, essentia est absoluta; ideo si essentia eadem, nō sequitur quod sint eædem productiones. A's essentia infinita in genere entis, ergo principium communicandi se; secus deterior omni natura creata. ℞ in creatis, mediis potentiis; & in Deo memoria fecunda est intellectus cum essentia. 2 in homogeneis, & similaribus, imperfectio. 3 vt natura sit res communicata, & ratio, ignis forma agendi, & res.

An possint esse in Deo plures productiones eiusdem rationis. 3.

QVod sint in Deo duo principia productiua, quæ habēt distinctas rationes producendi per modum intellectus, & per modum voluntatis, & consequenter duæ productiones alterius rationis; nam non multiplicatur productio, nisi multiplicato principio formali productionis. Nèc ista pluralitas potest reduci ad vnitatem; quia oppositi modi producendi per intellectum, & voluntatem per modum naturæ, & per modum voluntatis; nèc ambo ad tertium, quia idem produceret intellectu, & non produceret; contineret modos oppositos, nec vnum ad aliud, quia esset imperfectio; ergo duo tantum principia, & duæ productiones. At si possint esse plures vnius rationis, vt puta plures generationes, vel plures processiones est questio.

Dico. Non possunt esse in Deo plures productiones eiusdem rationis. est omnium; & Scoti quodl. 2. & 1. d. 2. q. 7. Probant Thomistæ ex 1. p. q. 50. ar. 4. & de potentia q. 2. art. 4. quia forma eiusdem rationis nequit multiplicari, nisi per materiam, quæ non est in Deo. Contra. Angeli carent materia, & possunt esse plures in eadem specie. 2 natura Dei sine materia est in tribus. 3 non omnis forma sine materia, est incommunicabilis. 4 Deum non posse multiplicare indiuidua eiusdem speciei sine materia, error. Probant alij ex 4. c. gent. c. 13. Deus vno, & simplici actu intelligit, vt vnum dicere, & vnum verbum. C. intelligere Patris est prius, quam dicere eiusdē Patris, ex vnitate prioris non infertur vnitas posterioris, ergo nèc ex vnitate actus intelligendi, vnitas actus dicendi. 2 intelligere est absolutum, dicere respectus, & productio; ex vnitate absoluti, nō infertur vnitas respectus. 3 si essentia absoluta, & vna communicatur pluribus productionibus, intelligere posset communicari per plura dicere.

Probāt alij personæ diuinæ sūt per modum naturæ, natura est determinata ad vnum. C. vna natura numero esse potest principiū plurium productionum eiusdem rationis, idem homo plures habet filios per vnam naturā; vnus sol plures producit effectus. 2 natura determinata, quia non indifferens ad opposita, velle, & nolle, & nō velle, agere, & non agere; non quia vnius termini productiua. 3 natura Dei est ad filium per intellectum, ad Spiritum Sanctum per volūtatem. 4 agens naturale creatum habens in virtute sua effectū partialiter, quo ad formam tantum potest in plura, cur non increatum habens in virtute sua effectum totaliter. Probant Duran. Riccard. & alij, quia tota fæcunditas intellectus in vnius filij generatione exhauritur, & semper manet. C. Propriè exhauriri cum nil quod præfuit remaneat, vt aqua ex puteo, cum tota fuit extracta; at Pater perfectè fæcundus semper manet. Nèc impropriè, & per metaphoram, vt sit

adæ-

adæquata potentiæ per actum; sicut si non esset aqua in fonte; post potationis actum, esset exhausta ad aliam potationem. C. potentia tam suo principio, quā suo termino adæquato semper æquè est coniuncta, ergo numquam exhausta. 2 potentia quæ posset habere alium actum, nisi ille quem habet semper staret, illa simpliciter potest habere alium actum; ergo simpliciter posset habere; & in diuinis idem est esse, & posse. 3 potentia naturaliter prior actu, ergo ratione actus stantis, sibi non repugnat alius; priori naturaliter, non repugnat aliquid per rationem posterioris 4 potētia, quæ ratione sui non determinatur ad istum actum, sed tantum quia actus semper manet; absolutè vt prior posset in alium actum; nec est ratio cur potius sit iste actus, quā alter. Probant alij; quia vt vnus actus intelligendi essentialis; ita vnus dicendi notionalis, & vt vnus amandi, ita vnus spirandi. C. in creatis actus intelligendi est terminus, & expressio actus dicendi, in Deo actus intelligendi essentialis, communis, ingenitus; præsupponitur actu dicendi; ergo ex vnitate prioris nō sequitur intrinsecè vnitas alterius 2 actus dicendi in Deo nō est per actum intelligendi: sed actus distincti, æque in essentia, absque causalitatis ordine; ergo non rectè vnitas vnius ex alio. 3 vna forma absoluta in supposito potest fundare plures actiones, & productiones ad plures terminos, idē sol plures habet actus luminis; Nec dicas actus luminis est transiens, & fluens; actus dicendi manens. Qui ita, nō probant per aliū non posse: 2 absolutè posset, si actus non maneret. Probant melius ex adæquatione actus ad potentiam; quia productio est adæquata. Sed hæc adæquata productio per vnum actum potentiæ, tam intensiuè, & extensiuè probari debet.

Dico. 2 est omnimoda necessitas absoluta, & intrinseca in Deo vt productio vnius rationis sit de se hæc, implurificabilis; determinata ad vnitatem; nèc potest assignari ratio prior nisi quia ex se, memoria fœcunda Patris sua ratione intrinseca est determinata ad vnam generationem, & voluntas fœcunda Patris, & filij ad vnicam spirationem. ita ex quod lib. 2. & 1. d. 2. q 7. Probatur; August lib. 1. contra Maximinum, non assignat rationē à priori, sed quæ ducit ad impossibile; si filius gigneret. Pater haberet nepotem, non esset determinata diuina generatio; sed posset ire in infinitū 2 Scotus, si rōne principij formalis, & necessitate intrinseca non esset determinata ad vnicam productionem eiusdem rationis, & possent esse plures, eadem ratione possent esse infinitæ; ergo essent; quia nil in Deo, nisi necesse. Assumptum, natura nō determinata ad vnum præcisè, si potest esse in pluribus, eadem ratione posset esse in infinitis. 3 sic est necessitas in Deo ad vnicam productionem intellectus, & vnicam voluntatis; vt si per impossibile illa non sem

per

per staret, vel non esset, nulla alia haberi posset eiusdem rationis; ergo necessitas est intrinseca, & absoluta, nec ratio prior dari potest Sequela; non posita absoluta, & omnimoda necessitate intrinseca possibilitas poneretur ad aliam. 4 productio eiusdem rationis in Deo, non potest pluralitatem suscipere, ergo de se est hæc, & implurificabilis Sequela; plurificabile eiusdem rationis in Deo, nullo modo posset determinari per aliquid à se distinctum, ergo si ipsa productio vnius rationis est, à se determinata. 5 quod ex se singularitas quædam est, non potest multiplicari in plura eiusdem rationis; sic filiatio, & spiratio in Deo. 6 pluralitas in Deo necessario est alterius rationis, cum fundet numerum personarũ. 7 Deus summe simplex, ergo nulla ratio differentiæ indiuiduæ, vel ratio partis, vnde possent esse plura eiusdem rationis, ergo ex sui ratione intrinseca productio eiusdem rationis de se hæc. 8 quod singularitas quædam est, nequit multiplicari in plura eiusdem rationis. 9 nec à priori, nec à posteriori posset determinari pluralitas eiusdem rationis; ergo nõ ab alio quam à sua ratione formali; ergo de se hæc, & implurificabilis à sua ratione formali. Antec. si ipsa non esset hæc, & implurificabilis, aut determinaretur à principio quo, aut quod, aut ab aliquo posteriori; aut per rationem priorẽ. Non à principio quo; quia iam ipsum esset ratio indeterminata ad plura, si determinaret numerũ productionum eiusdem rationis. Nec à principio quod, nam hoc à principio quo sumit rationem agendi. Nec à posteriori, quia posterius, vt non dat entitatem priori, nec vnitatem, & pluralitatem; nec Deus ab alio à se determinatur. Nec à priori, in Deo nulla ratio prior; nec Deus priorem rationem exigit, vt determinetur; nec ab æquali; quia non maior ratio vnius, quam alterius; ergo sicut pluralitas eiusdem rationis non posset determinari, ita vnitas est ex se determinata.

Arguent. 1 in Deo pluralitas alterius rationis; ergo eiusdem rationis potest esse, quæ est minor. 2 à Deo plura creata in eadem specie; ergo & plura eiusdem rationis ad intra. 3 filius est æqualis Patri; habet memoriam perfectam, vt Pater; ergo fœcundus, & generat, vt Pater. 4 omnis productio in Deo eiusdem rationis; nam principium, & terminus formalis est essentia; & productum simile producenti in forma, & in modo essendi formæ. 5 si duæ productiones per intellectum, & voluntatem, cur non aliæ duæ per potentiam, & bonitatem? nam potentia maxime productiua, bonitas sui diffusiua. 6 in nobis multæ processiones per intellectum; & multæ per voluntatem, ergo in Deo. 7 Paternitas emanat ab essentia; ergo alia. Ad 1 pluralitas alterius rationis in Deo maior extensiue, non intensiue, nam eiusdem naturæ. 2 pluralitas maior quo ad significatum materiale, nõ formale. 3 productio alterius

rationis in Deo admittit rationes se p̄ s distinctas; at vnius rationis, quæ de se hæc implurificabilis. Ad 2 naturæ creatæ possunt plurificari in suppositis, quia extrinsecè determinatæ à voluntate Dei: at ad intra intrinsecè productiones determinatæ. 2 naturæ creatæ in suppositis sunt participatæ, & diuisibiles; productiones indiuisibiles. Ad 3 memoria in filio perfecta ad intelligendū, & vitaliter operandum: ad generandum nec à se, & est in eo productione terminata. 2 memoria eadem producti, & producentis; relatio non eadem. Ad 4 essentia principium, & terminus formalis, non totalis adæquatè; nam sic essentia, & intellectus, aut voluntas, vt terminus adæquatus hypostasim incommunicabilem inuoluunt. 2 memoria perfecta causandi, & producendi ad extra omne possibile; ad intra, vt in filio; iam est cum termino producto. Ad 5 potentia, & bonitas sunt absoluta, essentialia, perfectiones essentiæ, non termini communicationis: sed perfectiones communicatæ. 2 potentia, & voluntas, vt respicit possibile, quod potest esse, & non esse, causant ad extra; vt respiciunt producibile tantùm, sunt ad intra, potentia generandi, & voluntas spirandi. Ad 6 non adæquantur in esse principia, & obiecta, nec minus in cognoscitiuo nostræ productiones intellectus; in Deo vnus actus adæquatus intelligendi omnia; & producendi Verbum æquale. Ad 6 paternitas non emanat productione: sed ex se primitate immediationis in essētia. Vel primitate originis à quo alius; non originis, quæ ab alio.

Cur tantum duæ productiones in Deo 4.

HEnricus quodlib. 2. q 6. vt actus essentiales intelligere, & velle sunt duo; ita duo notionales, qui fundantur super essentiales. Thomistæ ex 1. p. q 27. art. 1 & vltim secundum actum intelligendi, & volendi sunt duæ productiones. At ex Scoto actus intelligendi, & volendi sunt actus essentiales, communes tribus, perfectiones simpliciter, immanentes, improducti, operationes, nō productiones; nec ex illis emanāt productiones; si præsupponuntur actus essentiales; non tamen, vt principia actuum notionaliū.

Dico. Duæ productiones in Deo, quia tantum duæ potentiæ fæcundæ memoria, & voluntas, immediatè productrices non per intelligere, & velle: sed per dicere, & spirare. 1 d 2 q. 7. Godest. 10. A. 13. 39. L. Probatur, ex August. 13. trinit. c. 7. Verbum non est ab intelligentia, sed à memoria: ergo nec spiritus ab amore essentię, sed à voluntate fæcunda. 2 actus essentiales intelligendi, & volendi sunt operatiui communes, immanentes non facultates producendi, nec dispositiones ad alios actus. 3 actus operatiui intelligendi, & volendi sunt in Deo omnino disparati, & alterius rationis à productiuis; pululant à suis principiis, nec productiui fundantur in

in

in illis; ergo non ex illis productiones. Antec. Intellectus, & voluntas in Deo, non producunt, vt se constituant intelligentes, & volentes; nam præcisis productionibus, Deus absolutè est intelligens, & volens; ergo non ab intelligere, & velle numerus productionum. 4 In nobis productio verbi mentis est ex indigentia intelligendi, & operandi vitaliter, productio est via ad intelligendū; & Verbum est ipsa intellectio, & operatio: at in Deo Verbum non est ex indigentia; sed ex plenitudine perfectionis, & fæcunditate intellectus; ergo non ab intelligere, & velle habentur productiones. 5 si vnus actus esset ad alterū per modum viæ; potius actus productiuus esset via ad operationē; vt in nobis dicere, & producere est propter intelligere. 6 in Deo intellectus, & voluntas sunt perfectiones simpliciter, nèc productiuæ actuum, quibus vitaliter operentur; nam non sunt potentiæ receptiuæ; & actus illi sunt improducti; nec ex indigentia intelligendi, & volendi productrices: sed ex plenitudine perfectionis, & liberaliter fœcundæ. 7 Nullus ordo causalitatis inter actum operatiuum, & productiuum in Deo; sed ex eodem principio pullulāt vt duo effectus ab eadem causa naturali præsuppositione; vt à Sole est lucere, & illuminare, lux est principium quo respectu operationis, quæ est lucere; & respectu productionis, quæ est illuminare; ita à memoria Patris est intelligere, quod est operari; & dicere, quod est producere. 8 in nobis est ratio productiui, receptiui, & operatiui; nam intellectus nō est principium vitaliter operandi, nisi prius per mutuam actionē obiecti, & potentiæ, & per receptionē verbi producti; ideo prior ratio productiui, quam receptiui, & operatiui; & vnus est effectus respectu alterius. 9 In Deo intellectus, & voluntas non fæcundantur per aliquid impressum ab obiecto: sed per solam præsentiam essentiæ, & vt immediate exeunt in actus essentiales, ita immediatè in actus notionales. Demum intelligere, & velle sunt actus immanentes, non habentes opus; ergo non ab intelligere, & velle sunt productiones; sed memoria, & voluntas, vt principia operandi per intelligere, & velle; ita producendi per dicere, & spirare.

Arguent Henricus, & Thomistæ. 1 Pater generat filium intelligendo; & Pater, & filius spirant amando; ergo sunt vt actus, & formæ præcisæ. 2 si actus notionales non essent fundati in essentialibus, in infinitum possent esse productrices. Sequela, actus notionales æquantur illis, ergo fundantur in illis; secus non esset cur duo, & non plures. 3 intellectus nudus est infæcundus, ergo notitia ab obiecto impressa, quæ est declaratiua obiecti. 4 verbum est expressiuum omnium, quæ continentur in essentia, & est sapientia Patris; ergo ab intelligere, & velle productiones. 5 præsentia obiecti non concipitur nisi media vnione obiecti cum potentia; ergo per actum

Q im-

impressum potentiæ ab obiecto. Ad 1 præsuppositiuè, non formaliter, & causaliter; actus intelligendi, & amandi præsupponuntur, non causant: nam æquè immediatè pullulant. 2 non vt intelligere sit causa, & principium formale eliciriuum ipsius dictionis Verbi, sed quia ex plenitudine perfectionis idem intellectus intelligit, & producit, et est ordo intellectus ad notitiam quasi productam, et ad verbum verè productum. Ad 2 actus essentiales non geminantur, quia intensiue, et extensiuè æquantur potentiis in operando: ita notionales æquantur in producendo. 2 vt operatio nō est productio; nec formalitas vnius est à formalitate alterius; operatio vt operatio nō est productiua, sed finis, et perfectio operantis; productio, vt productio non est perfectio; sed habet terminum extra producentem; vel includitur formaliter in persona producentis; ideo intelligere ex sui ratione est operari, non producere. Ad 3 intellectus fæcundus tam ad operandum, quam producendum, per obiecti præsentiam, non per formam inhærentem. Ad 4 non quod Pater intelligat, & sit sapiens sapientia vt in filio: nam Pater intelligit se vt prior filio; & à se habet omnia vt prior filio: sed quia filius est per intellectum, cuius est sapientia. 2 appropriate est notitia, & sapiētia Patris, quia ex vi productionis est notitia genita declaratiua obiecti. Ad 5 vnio per informationē, & vbi intellectus est in potentia; non vbi potentiæ perfectè idem; & in actuali applicatione virtutis ad operandum, & producendū: sic in Deo intelligere est operari; dicere est producere; intelligere perfectio essentialis, dicere actus notionalis.

An intellectus creatus possit naturaliter productiones Dei cognoscere. 5.

NOn est sermo de notitia passiuè ab agente extrinseco causata: sed actiuè si efficiat actū, quo physice attingat, & concursu naturali. Nèc de notitia intuitiua, quæ est ad obiectū præsens, & existens, vt sic mouens: sed abstractiua, quæ præscindit ab existentia obiecti, vt à ratione mouendi, & terminandi. Et hæc vel perfecta, quæ sub propria, & distincta ratione attingit; vel imperfecta, quæ confusè tantum, & in communi. vel immediatè, quæ excludit medium prius cognitum, vt totum ducit in notitiam partium. Item ex naturalibus, omni reuelatione sublata; aut supposita sufficienti reuelatione possit ex creaturis deduci.

Dico, ex puris naturalibus non potest haberi notitia perfecta, & complexa productionū in Deo: supposita fide, & reuelatione potest probari Trinitas per rationes naturales, & necessarias; Quodlib. 14. art. 1. 1 d. 3. q. 2. D. ex 2. d. 3. q. 9. N. 3. d. 24 H. 1 d. 2. q. 2. q. 7. A. 42. ad 1. Primum, Nō à priori, quia Deus sub conceptu proprio ex proprijs & vt hæc essentia communis tribus attingi non potest ex natura; nec

nec à posteriori, quia ex creaturis notitia distincta processionum nequit haberi; nam non potest quid sciri de causa per effectum, quo circumscripto remanet in causa, quicquid est necessarium ad causandum: sed ablatis processionibus est in Deo quicquid est necessarium ad causandum extra; suppositum habens principium formale causandi, perfectũ, completum, & totale. 2 quidditas, & natura Dei, vt est in se, quæ virtute includit veritates, est naturaliter ignota; Effectus vel relinquunt intellectum dubium; vel in errorem si præsumas: nã effectus sunt à Deo, vt vnum; natura vna numero, nõ nisi in vno supposito. 3 est obiectum supernaturale, imo beatificum; ergo nequit ex natura; secus non esset ei supernaturale. 4 etiam supposita specie essentiæ impressa in Angelo, non sciret necessario, vt in tribus; nam ratio cognoscendi essentiam, non est ratio cognoscendi modum vt in tribus. Vt potest cognosci quidditas creata non tamen in quibus sit suppositis; nec qualiter sit in illis. 5 etiam supposita reuelatione adhuc intellectus non attingit terminos in particulari, cum euidentia; Demonstratio ex primis, veris, immediatis, prioribus & causis; fides ex obscuris, & ineuidentibus; ergo numquam demonstratur Trinitas. 2 Probatur; quod possint haberi rationes naturales, necessariæ. 1 Ricc. 1. trinit. c. 3. ad omne, quod fide tenemus, adhuc habemus rationes naturales, & necessarias. 2 Scot. d. 2. q. 3. A. rationes suadẽt, & necessariò probãt. 3 Isai. 26. nũquid ego, qui alijs parere facio, sterilis ero? 4 August. 15. de trinit. c. 12. absit vt scire nos negemus, quæ testimonio aliorum didicimus. 5 rationes necessariæ iuuant fideles, in quibus fides augetur, roboratur; conuincuntur infideles, nos possibilia credere; & si non euidentibus, euidenter tamẽ possibilibus firmari. 6 ex limitatione naturæ oritur in creatis, vt eadem numero media productione, non sit in pluribus, ergo non repugnat, vbi perfectissima, & illimitata est natura. 7 nõ sũnt euidenter necessariæ, quia termini non sunt cogniti ex propriis; nec medium distinctè, & in particulari; nèc conclusio euidẽti deductione; tamen necessaria illatione.

Probatur tertio; Quod si non sũt euidentes Philosopho, sint tamen necessariæ. 1 quod sua ratione est principium productiuum, illud in quo est à se, & sine imperfectione producit; sic memoria fœcunda in Deo. Si non est euidens: nam memoria finita producit ex indigentia actum operandi quem sibi consubstantialem non habet: necessaria est Theologo; si Deus consubstantialẽ habet actũ operandi, cur non producendi? si fœcundus in operari, cur non perfecte fœcundus in producere? 2 Ratio producendi non est imperfectio. ℞. philosophus, perfectio talis cui comes est imperfectio; constat productum nõ esse æquè perfectum, vt producens;

non constat productum esse simile. At theologo necessaria; si productio est ad simile in specie, perfectissima Dei productio in eadē natura. comes imperfectio, vbi productum in potentia, vbi producens dat partem sui, non si totum se diffundat indiuisibiliter. 3 obiectum vt in memoria est ratio producendi seipsum in intelligētia. si non est euidens philosopho nam obiectum commune finito, & infinito analogice se habet ad vtrumque; & vt finitum producit ex indigentia actum operatiuum; memoria infinita, habet operatiuum ingenitum, & improductū. C. fœcūdior intellectus Dei si productiuus sine indigentia, sed ex plenitudine perfectionis; perfectissimus si vt operatiuus, ita & productiuus. 4 in ente necessitas est simpliciter perfectionis; ergo & productio necessaria in Deo. ℞. philosophus vbi non dicit respectum ad imperfectum. est cōditio perfectior in ente vt ens; nō vt ens est distinctū in producēs, & productum; nam vt sic dicit ordinem ad prius. C. necessitas est perfectio in omni diuisione entis, cui compossibilis est; incompossibilis est respectu causatorum, quia dependent à posteriori, at non in personis diuinis, quæ non sunt aliud à producente. 5 relationes oppositæ motiui, & mobilis possunt eidem inesse, ergo producentis, & producti, quæ eiusdē generis 5. met. ℞ illæ compossibiles, quæ dicunt ordinem accidentalem, motiuum ad mobile; voluntas mouet seipsam; at producentis, & producti incompossibiles, vt idem possit seipsum producere. C. idem non producit se; nam habitudo producentis ad productū est inter terminos reales. 2 productio habet perfectionem sine imperfectione; producens, & productum; non terminis priuatiuè à non esse ad esse, nec ex materia. 3 producit alium in persona, non natura 6 omne bonum est sui diffusiuum, ita & summum bonum. ℞ cum perfecta identitate naturæ, non probat; nec si ad intra. c. æqualitas in diuinis est secundum substantiam per identitatem naturæ. 2 diffusio ad intra est infinita bonitas, quia productū est coæuum. 3 si vt bonus extra, dat esse rebus, ad intra communicat esse suum. 7 Productio naturalis est omnino prima; oīs ad extra est; cōtingēs ergo ad intra ℞ *Arist.* vult res extra à Deo naturali necessitate manare. 2 ex alijs si libere agit; non est cur ad intra modo opposito. Contra 1. necessitas soli Deo competit; necessaria ex se non habent causam si Deus esset causa necessaria ad extra, nullus esset contingens; omne aliud à Deo possibile est esse, & nō esse. ergo productio naturalis, & necessaria præcedit contingentem; datur productio ad intra. Contra, 2 motio ad terminū infinitum, & ad obiectum necessarium ad intra præcedit; Habitudo naturæ ad suppositum ad intra, prior quam agere ad extra. Productio contingens extra se; supponit necessariam intra se.

Hinc rationes si non demonstrant;

strant; probant necessario. Authoritates itidem; Riccard. à S. Victore 1. trinit. veritates fidei possunt demonstrari. Raym. Lullus, si valet creatura simile sibi gignere, cur non Deus? qui aliis generationem tribuit, sterilis? Plato, vt refert August. inter opera sua ferè primum Ioãnis scripserat. Arist. 1. cœli, qui tria dicit omnia dicit; omne trinum est perfectum. Mercurius, Monas genuit, & in se reflectit ardorem. Nam si R. Ricc. supposita reuelatione; nec demonstratione rigorosa, & euidenter notis. Raymundi est persuasio, & supposita fide. Plato vel traditione locutus, vel fide humana, & ab aliis. Mercur, traditione; aut sensus, vnus Deus genuit, & produxit mundum vnum, quẽ productum opus suum amauit. C. negari non potest, rationẽ ad aliquam notitiam trinitatis ducere, ex natura posse simplici notitia Trinitas apprehendi; nam dum fidelis affirmat, Deum trinũ; infidelis negat; eundem conceptum habent communem, ex simplici notitia terminorum, aut fide acquisita, relatione à fideli, & testimonio aliorum. Trinitas Beata relucet in creaturis, & ex illis potest deduci. in magnitudine potentia Patris; in dispositione sapientia filii, in ornatu bonitas Spiritus sancti. In quouis indiuiduo est virtus, species, vtilitas; virtus Patri, species filio, vtilitas, & vsus spiritui. In anima, memoria, intellectus, & voluntas. In sole essẽtia, splendor, & calor. In suprema Hierarchia; Maiestas in thronis; veritas in Cherubim; Ardor in Seraphim. Virtutes, quæ ducunt ad Deum, fides, spes, charitas. Dotes animæ Beatæ, visio, fruitio, compræhensio. Ex figuris; Tres Angelos Abraham vidit, vnum adorauit. Tribus digitis appendit Deus molem terræ. Tres ciuitates refugii æquali spatio distãtes. Tria difficilia Salomonis, Trinitas personarum, & vnitas essentiæ. Ex scripturis, Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; faciamus in plurali ob trinitatem, ad imaginem ob substantiæ vnitatem. Psal. 66. Benedicat nos Deus, Deus noster, Benedicat nos Deus, & metuant eum; ter Deus ob trinitatem, metuant eum, essentiæ singularitatẽ; ad secundam personam addidit noster, quia filius incarnatione factus est noster. Ierem. 1. Ah, Ah, Ah, Domine Deus; triplicat inuocationem ob trinitatem, se reducit ad Dei sũmã vnitatem. Isai. 6. Audiuit Seraphim ter dicentes Sãctus, Sanctus, Sanctus; ob laudem trinitatis; Dominus Deus Sabaoth in confessionem vnitatis. Apost. Rom. 11. ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in sæcula. ex quo omnia, authoritas Patris; per quem omnia, medietas filii, principium de principio; in quo omnia, Spiritus Sanctus, qui est continentia omnis boni; in creaturis ergo vestigium & imago trinitatis. Vnitatem essentiæ, & pluralitatem personarũ; curiosè scrutari temeritas; credere pietas; nosse vita æterna, Bernar. In hoc mysterio probando nul-

nullibi periculosius erratur, nullibi laboriosius inuestigatur, nullibi fructuosius aliquid inuenitur, August. Hanc Trinitatem Beatissimam credere, fides est, sperare venia est, videre eam sicuti est, perfecta, & summa fælicitas est; Bernard.

Arguent Philosophi, non capit natura; vt sit Vna numero essentia, & tres personæ. 2 si distinctæ inter se, ergo in natura. 3 quæ sunt eadem vni tertio, & inter se; 4 componunt cum natura. Ad 1 in natura creata, & finita. 2 vides naturam specie diuisam in pluribus, cur non eandem indiuisā cōmunicabilem sine diuisione? 3 idem indiuiduum communnicat partem suæ substantiæ; cur non Deus intra se totam, & indisibilē, & perfectissimam substantiam? Ad 2 inter se distinctæ personaliter; in natura idem essentialiter. Ad 3 non vbi tertium est illimitatum, infinitum. Ad 4 nō cōponunt, quia nō actus, & potentia: sed vt actus naturæ, & hypostasis; vt natura, & suppositum; ambo in vltimo actu, transeunt ob infinitatem essentiæ, relatio, & natura in idem omnino summe, & perfecte simplex.

DE PRODVCTIONE Filij.

TITVLVS XV.

An productio verbi sit Generatio. 1.

GEneratio in diuinis est habitudo naturalis producentis ad productum: Quæ in Deo, nec est mutatio, nec habet materiam; nam mutatio comitatur potentiam imperfectam, quæ non potest producere totum, quod est in composito; si ergo potest sine materia, potest sine mutatione, à qua potest separari productio. Omnis productio naturalis substantiæ à substantia, generatio late dici potest, ignis ab igne; substantiæ viuētis adhuc dici potest latè generatio, Vermis à terra: at viuentis similis in natura substātiali perfecta est generatio; naturalissimum enim opus est viuentibus generare sibi simile; vt esse diuinum participent, secundum quod possunt, 2. de ani. 34. equus, ab equo, Leo à Leone; homo ab homine. Viuentium ergo perfecta generatio dici solet; naturalis origo Viuentis à viuente, coniūcto, & in similitudinem naturæ. Naturalis origo, nam opus est naturæ, non artis, nec liberum; viuentis, ignis, ab igne, filius non est; à viuente, vermium ex terra non est filius; coniuncto, Eua ex costa Adæ, non ei filia, quia non actu Vitali; in similitudinem; homo à sole, non filius eius, quia non similis.

Dico. Productio Verbi verè, & propriè est generatio. 1. d. 13. q. vnic. d. 1. q. 6 ad vlt. Probatur Isai. 53. generationem eius, quis enarrabit? psal. 2. filius meus es tu, ego hodie genui te: Ioan. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. 2 Aug. 15. trinit. c. 27. & 5. c. 9. & 17. filius exit, vt natus, non vt datus. 3 memo-

ria

ria, seu intellectus habens essentiã, vt obiectum est principium productiuum per modum naturæ, & ad vnum. 4 ad productionem naturalem hæc faciunt, principiũ determinatum ad vnũ, quod sit assimilatiuum, & ex se immediate exeat in opus, absque dirigente; memoria fæcunda Patris est determinata ad vnum, assimilatiua, sei ipsa immediatè non ab alio; ergo. 5 est origo viuentis à viuente, sicut Pater hẽt vitã, sic dedit, & filio, Ioan. 1. coniuncto, vnigenitus qui est in sinu Patris; in similitudinem naturæ, est splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius; & omnia quæ habet Pater mea sunt. 6 est habitudo producti naturaliter similis; nam perfectè genitus assimilatur suo genitori, quod non faciunt aliæ emanationes creatæ. Demum hæc generatio est incõpræhensibilis, si non propria formali infinitate, tamen concomitanter ratione essentiæ infinitæ, quam communicat; quia non posset essentia pluribus communicari nisi esset infinita; & negatiue, quia est vltra omnẽ cõpræhensionem; quodlib 5.

Argues 1. in nobis, & in Angelis productio per intellectum nõ est generatio. 2 generatio est per modum naturæ, & ad vnum; in Deo processiones duæ 3 intellectus ponit tantum obiectum in esse cognito, & secundum quid; ergo non generat simpliciter. 4 generatio dicitur vniuoca ex parte principij formalis communicati; sed principium formale est essentia eadem in Spiritu Sancto; ergo etiam generatio. Ad 1. ibi notitia genita accidens, in Deo subsistens, & infinita. 2 proles intellectus est verbum mentis, at nõ filius, quia non simile in substantia. Ad 2 natura creata vnum habet principium communicandi seipsam; in Deo duplex modus intellectus, & voluntatis, nam tãtum in Deo æquantur in esse, producta ab illis. Ad 3 actu operatiuo essentiali in esse cognito: non actu productiuo, & notionali; ille de genere qualitatis, operatio, non habet terminum; hic de genere actionis vere fæcũdus. Ad 4 terminus formalis communicatus est eadem essentia: modus distinctus, filius à memoria fæcũda, quæ producit vt natura ad vnum determinata; Spiritus Sanctus à voluntate, quæ non agit vt naturæ. 2 sunt similes productiones in forma; non in modo essendi; similis terminus formalis communicatus; non principium formale communicandi, memoria, & voluntas fæcunda. Ais; generatio imparfectior omni alia mutatione, ergo minus in Deo, vt omnis mutatio. Antec. supponit subiectum in potentia. ℞ ratione subiecti generatio imperfectior; non ratione termini 2 in Deo generatio, non qua subiectum mutatur; sed qua terminus producitur, & natura communicatur.

An verbi Productio sit ex sola fæcunditate naturæ. 2.

INtellectus Dei adæquatus naturæ in operando, & in essendo;

do; vbi principium productiuũ æquatur naturæ in essendo, potest per ipsum communicari termin' formalis. At natura creata nequit communicari, nisi vna ratione à supposito illius; quia principium communicandi est ipsa natura: in Deo suppositum habet principia alterius rationis, quorũ vtrumq; est æquè perfectum in esse naturæ, vt intellectus, & voluntas, ideo sunt principia non tantum operandi, sed communicandi naturam; intellectus autem, & volũtas in nobis, sunt perfecta principia operandi adæquate in ratione operationis; non in esse; nam intellectio adæquata potẽtiæ, & obiecto in ratione operationis, non tamen in esse; vt in Deo. Item intellectualis natura ex se præcisè vt intellectualis non est productiua nisi per intellectum, & voluntatem; vt natura Angelica, quæ per intellectum, producit notitiam; per voluntatem amorem; si natura immediate ageret, cum natura sit adæquata in esse, intellectio, & volitio essent adæquatæ in esse, & subsistentes; natura ergo intellectualis vt coincidit cum memoria, & voluntate est principium productionis; quodl. 2. P. In creatis autẽ generatio est naturalis ex inclinatione principij passiui, non actiui; vt si voluntas ignem faceret de materia ligni, passiua generatio esset naturalis ex inclinatione potentiæ passiuæ ad formam, non à principio actiuo: at in Deo essentia nec est materia, nec subiectum, ab ea productio non est naturalis; imo æque inclinat ad proprietatem Spiritus Sancti; naturalis ergo, quia habitudo inter producens, & productum est naturalis; & producens generat principio naturaliter, & ad vnum determinato. Cur vero intellectualis natura non producat, nec operetur nisi intellectu, & volũtate; nisi quia talis naturæ; nam vt Scot. 1. d 7. ad 2. cur quædam formæ sint actiuæ, quædam non cum omnes dent esse, difficile est assignare causam, formæ elementorum imperfectiores actiuæ; formæ mixtorum lapidis, & animatorum non actiuæ; aliqua mixta perfecta communicant suas formas; aliquæ perfectiores non, vt corpora cęlestia, & formæ Angelorum; Natura pure intellectualis, non habet in se fæcunditatem absque intellectu, & voluntate; sed intellectus cum obiecto sibi præsente principium sufficiens vere naturale operandi, & producendi; & ex hoc productio filij generatio per modum naturæ.

Dico. Productio verbi non est ex sola fęcunditate naturæ, sed intellectus, cõtra Durandũ. ex Scot. 1. d. 2. q. 7. d. 27. 4. d. 1. q. 1. Y. quodlib. 2. Prob. Ioan. 1. in principio erat Verbum, & Deus erat verbũ. August. 15. de trinit. c. 10. Verbum hoc est mentale, & Verbum Dei non nostrum. 1. corint. 1. Filius est sapientia; sapientia genita, quæ ad intellectum, August. 15. trinit. c. 17. & 18. Concilium Lateranense primum, commendat August. 9. trinit. c. vltim. & 10. cap. 11. quod in mente sit imago trinitatis; nam me-

memoria similis Patri, intelligẽtia filio, amor spiritui sancto; sed verbum nostrum à memoria; ergo verbum Patris ex fœcunditate memoriæ Patris. 2 natura intellectualis, nec ad intra, nec ad extra productiua est sine actibus intellectus, & voluntatis; ergo nõ ex sola fæcunditate naturæ. Antec. si fæcunda, quia natura intellectualis, vt sic, etiam Angelus esset fæcundus; etiam homo attingeret naturam animæ; si vt diuina, ergo vltra intellectum, & voluntatem fæcunditas naturæ, & tria supposita producta. 2 nulla esset via ponendi duas processiones in Deo; quia natura creata vnum habet modum se communicandi; natura Dei adhuc vna, & simplicissima; si vt infinita, ergo infinitæ possent esse productiones. 3 intellectus, & voluntas in Deo possunt suis productis communicare naturam; quia æquantur in esse illi. 3 nulla esset ratio cur productio filii generatio, & non spiritus sancti; nam vtraque esset per naturã. 4 essentia vt omnino indistincta principiũ vtriusque productionis, ergo quia intellectus sufficiens principium verbi; & voluntas amoris; duplex ad intra naturalis productio; ex fæcũditate naturæ, & intellectus. ℟. Durandus fæcunditas indistincta ab intellectu, aut voluntate. c. intellectus, & essentia formaliter ex natura rei distinctam habẽt formalitatem, ergo & fæcunditatem 2 vt indistincta, ergo non sola fæcunditate naturæ. 3 filius vere verbum, verbum notitia genita à memoria, quæ est intellectus cum obiecto; ergo formalissimè postulat produci ab intellectu; & est sapientia genita.

Arguet Durandus 1. August. 15. trinit. Verbum dicit filium de natura. Hylarius lib. de synodis; substantiam creaturis Dei voluntas attulit, Filio verò natura dedit. 2 si per actum intellectus, aut actus est productio, aut principium illius; non actus, quia immanens, nec habet extra se opus; non principium, quia & actus, omnes producerent 3 essentia Dei propria infinitate formali communicabilis 4 in creatis generatio non ex intellectu, sed fæcunditate naturæ 5 productum simile producenti in principio, quo producitur; at filius est similis Patri in essentia, & natura. 6 si ignis esset intelligens, non produceret intellectu; sed fæcunditate naturæ ignẽ. 7 qualis est ordo rerum inter distincta realiter; talis ordo rationis inter distincta ratione, aut formaliter: sed vbi natura, intellectus; & voluntas differunt realiter vt in creatis, productum est ex fæcunditate naturæ; ergo in Deo vbi ratione, aut formaliter. Ad 1 de natura, quia filius naturalis, non adoptiuus. 2 de natura non sola, sed intellectu fæcundo, essentia & natura. 3 quia per intellectum, qui est potentia naturalis. Ad Hylarium voluntate agit ad extra; necessitate ad intra. 2 quia productio est in Deo in eadem natura, non distincta, vt ad extra. Ad 2 actus intellectus est productio, non operatiuus; & essentialis: sed

productiuus, & notionalis; ille immanens, hic terminum productum habet. A is actus intellectus non est distinctus realiter ab intellectu, ergo non est processio filii a Patre; ℞ actiuè generatio à Patre, passiuè productio filij à Patre; & in Dei essentia idem. Ad 3 radicaliter; formaliter per intellectum, & voluntatem, quia natura intellectualis, nec operatur, nec producit sine intellectu, & voluntate. 2 communicabilis, vt terminus formalis, non vt principium quo formale. Ad 4 id peculiare naturæ diuinæ, quatenus intellectualis est 2 mediis potentiis homo producit hominem; potentiæ in Deo intellectus, & voluntas. A is creaturis non conuenit fęcunditas ex eo, quod sunt intelligentes, & volentes: sed per quid prius, nam etiam rebus inanimis conuenit. ℞ creaturis non ex natura præcisè, nam non omnes fæcundæ: sed virtute distinctę substantiæ; natura intellectualis non alia potentia fæcundus, nisi intellectu, & voluntate. Ad 5 in Deo productum simile producenti in intellectu essentia formato. 2 essentia terminus communicationis idem, in producente, & producto. Ad 6 vi substantiali agendi; intellectus, & voluntas in natura intellectuali. 2 formæ elementorum, quia non mixtæ, sed imperfectæ; in eis ratio quæ, & qua videtur indistincta, vix percipi potest: in Deo rationes perfectæ cum summa simplicitate. Ad 7 intellectus, & voluntas in nobis non sunt realiter distinctæ a natura. 2 fæcunditas in nobis est 2 potentiis, non præcisè à natura. 3 etiam in Angelis non est actio sola vi naturæ: nam prius actione sunt intellectus, & voluntas. 4 in Deo natura fœcunda, vt complet memoriam, intellectus cum essentia.

An productio, & generatio verbi dici possit ex nihilo. 3.

Generatio in Deo, non est mutatio, nec habet materiam; quia mutatio comitatur potentiā imperfectā, si ergo ex nullo præsupposito subiecto fit; an dici possit productio ex nihilo. Ex Ansel. monol. 8. de nihilo negatiuè, quis de nihilo loquitur, cum tacendo non loquitur. positiuè vt de, est nota tantum materiæ, vel quasi materiæ, sic ex nihilo, si nil materiæ ex qua fiat; vel vt dicit ordinem naturæ, aut durationis, si nō esse præcessit esse tempore, vel natura; prius natura positiuè, vt animal prius inest homini, quam rationale; priuatiuè, materia prius natura priuata, quam informata, quantum ex se prius apta esse sub priuatione, quam forma; nam ex se nequit esse sub forma. Creatura est ex nihilo, non præcisè, quia non præsupponit subiectum, vel quasi subiectum, de quo vt ex potentiali fiat: sed etiam quia nihil reale, & actuale sui proprium præcessit, quod aliquid eius sit, vel vt materia, vel vt forma dans esse specificum.

Dico. Filius Dei non est de nihilo productus à Patre. d. 5. q. 2. G, &

& R. est de fide. Patet ex August. lib. 3. contra Maximinum cap. 15. vbi negat absolutè filium de nihilo produci. 2 de fide est verbum non esse creaturam, ergo de fide non esse ex nihilo. Sequela; quod ex nihilo pducitur creatur; creatio est entis ex nihilo productio. 3 formalis infinitas in esse repugnat creaturæ, quia ex nihilo producta; ex nihilo fieri non valet, nisi creatura limitata; terminus generationis est formaliter infinitus in esse, & Deus, ergo non de nihilo. 4 id ex nihilo procedit ad esse, cuius esse, & non esse, est cōtingens, & non necessarium; nam nihil potest esse ens necessarium, per productionem non necessariam; quod ex nihilo transit ad esse non est ens necessarium. 5 creaturæ sunt ex nihilo non præcisè, quia ex nullo subiecto: sed etiam quia esse distinctum ab esse Dei præsupposito accipiunt ordine naturæ, & durationis. 6 Filius in diuinis verè in Patre supponit suum esse formale simpliciter, quod productione cōmunicatur, ergo non ex nihilo, & ex sui non esse simpliciter. sed ex esse simpliciter; quod præfuit in Patre ordine originis vel præsuppositionis.

Vrgent Maximinus; Arius, & alij Hæretici. 1 Eccles. 24. *Ab initio, & ante sæcula creata sum*; sapientia Patris genita est creata, ergo ex nihilo. 2 creaturæ ex nihilo, quia ex nullo præsupposito subiecto fiunt, & potentia creatiua sine alio principio attingit productū; filius non est ex subiecto vt materia, vel quasi materia, ergo ex nihilo. 3 si ab æterno creasset Angelum, non fuisset post non esse, & tamen ex nihilo solo ordine naturæ, ergo ex hoc quod filius solo ordine originis, vere ex nihilo. 4 etiam creaturę non essent ex nihilo: nam esse reale supponunt in Deo, non per modum subiecti, nec tantum in esse cognito: sed esse reale sui principij. Ad 1 vel ibi non de sapientia genita ad intra; sed sapientia creata, quam communicat Sanctis; vt Eccles. 1. *creauit eam in spiritu sancto*. vel de sapientia genita in natura assumpta; naturæ creatæ vniri, ab æterno ordinata sum. Ad 2 quia etiam post suum non esse. 2 nihil reale sui præsupponit; filius est ex eodem esse vnū infinitū, & æternū; quod origine est a Patre. Ad 3 Angelus ex nihilo, quia post non esse ordine naturæ saltem; & ex priuatione essendi; & nihil reale eius præfuit vt materia, vel forma, filius supponit esse formale suum in Patre producente ordine originis. Ad 4 esse reale principii, quod creatura supponit in Deo, non est formale proprium: sed virtuale, & esse causæ; filius esse formale suum.

An productio filij sit de substantia Patris, vt materia vel quasi materia. 4.

PRoductio formaliter actus alicuius producti præcisè. Mutatio actus mutabilis à priuatione ad formam transeuntis. creatura finita nequit dare esse totale termino producto; aliquid eius sup-

ponit, quod formaliter transmutat, vt compositũ attingat. Creatio ob perfectionẽ potentiæ ponit per se totum effectum in esse; non mutatio, qua aliquid substratum aliter se habeat, nunc quam prius; nec mutatio cum Deo, quæ potentialitatem, & imperfectionem potentiæ arguit. Sic generatio in Deo non mutatio: sed productio, per eam vere, & proprie filius est à Patre. In creatis enim agens procedit ab imperfecto ad perfectum, à potentia ad actum. Via generationis occurrit imperfectum; hinc primo materia, vt subiectum; inde forma, vltimum compositum ex his. at in Deo cõcurrunt ordo naturæ, & perfectionis; ita vt primo signo naturæ est ipsum esse Dei ex se, à se, & in se; non vt aliquid receptiuum, sed vt essentia infinitè perfecta, apta esse in suppositis; nec vt potẽtia, sed vt essentia qua Pater est, & filius simpliciter est; non qua Pater est Pater, & filius est filius; ipsa enim est ens ex se, habens totalem essendi plenitudinem; ex ea pululant relationes, & personæ eo modo, quo ipsa est apta communicari, in Patre est ex se primo immediatè; determinatur adæquatè ad tres personas per productiones; si prius intelligitur esse in se, quam in personis, non tamen vt potentia: sed vt terminus formalis, qua personæ accipiunt esse simpliciter, & sunt Deus. essentia ergo habet rationem termini communicati per productionem, non materiæ, nec potentiæ, imo vt coincidit cum memoria, & volũtate principium productionis. De essentia, & substantia Patris est filius; non vt dicit materiam, vel potentiã, sed vt de dicit originẽ, & consubstantialitatem; quia Filius originatur à Patre, & est ei consubstantialis.

Dico. Generatio filij est de substantia Patris, non vt materia, vel quasi materia: sed vt notat originem à Patre, & consubstantialitatem cum Patre 1. dist. 5. q. 2. E & F. contra Henricum, Gotfredum, Durandum; qui volunt essentiam vt quasi materiam. Probatur. ex August. 3. c. Maximinum, cap. 14. Nullo modo filiũ Dei cognoscitis, si hunc de substantia Patris esse negatis; nec tamen ausus est in diuinis nominare materiam], vel quasi materiã. 2 materia, vel quasi materia arguit imperfectionem, ponit potentiam, & carentiam vltimi actus; essentia est infinita, prima entitas, pelagus omnium perfectionũ, ex qua pululant supposita; ergo ratione materiæ excludit. 3 potentia prima causatiua Dei, excludit omnem aliam causam, & materiam, aut quasi materiam; quia nihil limitationis in sua actiua potentia dicit; ergo multo magis potentia productiua Dei. 4 in filio tantum essentia, & relatio; essentia formalis terminus ergo nõ procedit vt materia, aut quasi materia. Minor; essentia producto datur, & communicatur, vt ratio essendi simpliciter. Pater, quod dedit mihi, omnibus est maius. 5 prior habitudo actiui ad passiuum, quam vtriusque ad productum; ergo si in Patre fœcunditas

actiua,

actiua, & essētia vt materia, prior erit habitudo fœcunditatis ad essentiam, quam Patris ad filium; & prius relatione Patris ad filium, erit relatio realis ad essentiam. 6 productio nō esset generatio; sed mutatio ad relationem; nam mutationes specificātur in terminis, 5 phys. 4. 7 materia præexistit; essentia non præexistit, sed est formalis terminus. 8 potentia agendi ad extra non supponit materiā aut quasi materiam, ergo minus productiua ad intra. Demum, nullus ex antiquis ausus est nominare materiam, aut quasi materiam.

Probo 2. quod Filius sit de substantia Patris, vt notat originem, & cōsubstantialitatem. 1. August. 3 cont. Maximin. c. 15. Spiritus Sāctus non de nihilo, sed de substantia Patris, & filii, vt filius de substantia Patris. 2 filius non de nihilo; quia si forma præexisteret composito nō esset ex nihilo, esto non preæxistet materia, nec quasi materia, sed essentia nostro modo intelligendi, preæxistit vt terminus formalis, ergo de substantia Patris. 3 filius de substantia Patris nō vt præcise dicit originem, quia sic creaturæ de substātia Dei, nec vt solam consubstantialitatem, quia non magis filius de substantia Patris, quam Pater de substantia filij, ergo vt signat vtrumque originem, & consubstantialitatē. 4 in hoc casuali, de substantia Patris. in illo, de substantia, notatur consubstantialitas, quia eadem essentia cum Patre; in illo genitiuo Patris habetur origo; ergo filius est de substātia Patris, hoc est filius originatur à Patre, & est illi consubstantialis. 5 si præpositio de, construitur cum suo casuali, & significat aliquid per modum partis, sic principium materiale, de lapide fit domus; de ligno statua; si aliquid per modum totius, sic est forma totius producti; & si addatur genitiuum, tunc vltra cō substantialitatem principii formalis est origo, & efficientia; ergo in hac, filius est de substantia Patris exprimitur consubstantialitas & origo, virtute illius genitiui Patris producentis. 6 in creatis filius de substantia Patris, quia Pater transfundit partem substantiæ in filium; ergo multo magis in Deo, filius de substantia patris, quia pater eandem substantiam communicat, & indiuisa est in vtroq; & consubstantialitas notatur ibi de substantia; origo in illo genitiuo Patris.

Arguent Henricus, Gotfredus, *Durandus*. Filius non est ex nihilo, *August.* contra Maximinum, Arianum; ergo de aliquo vt materia, aut quasi materia. Sequela; ideo creatura ex nihilo, quia nullo præexistente fit. 2 in Deo est potentiale, generationi præsuppositum, vt materia; quod per generationem inducitur vt forma; & persona genita; ergo subiectū, forma, & resultans ex eis saltim proportione. Sequela, vt in creatis, quod per se generatur, est cōpositum, & de materia; ita in Deo filius de essentia quasi materia. 3 manens sub vtroque termino est subiectum, aut quasi subiectum; 4 es-

4 essentia vt præintellecta in patre non habet filiationem; post, illam habet, ergo sub priuatione, & in filio sub affirmatione. 5 potentiæ passiuę respondet sua actiua; ergo actiuæ fœcunditati Patris respondet potentia de qua Filius. 6 Caiet. essentia, & relatio, vt materia, & forma saltim metaphysicè, & nostro modo; nam relatio, vt determinans, essentia vt determinata. Ad 1 creatura ex nihilo, non præcisè, quia non ex materia; sed quia ex nullo sui esse, filius de essentia, quæ est suum esse simpliciter, non potentiale. Ad 2 essentia, præsupponitur non vt subiectum, vt formalis terminus, nō informans, vt forma totius, simplex quidditas sine imperfectione 2 in creatis quod generatur est subiecti mutati ad formam; cum Deo est essentiæ immutatæ, & cōmunicatæ sola habitudo ad terminum productum. Ad 3 in ratione mutationis, nō productionis; vbi termini priuatio, & forma; non producens, & productū. Ad 4 si præ intelligitur, vt non habens formaliter, non tamen potētialiter, quia in vltima actualitate. 2 non actione extrinseci agentis pululant personalitates, sed seipsis vt relationes subsistentes. Ais generatio passiua, vt præcedit filium, non est in Patre, nec in filio, quia præcedit; ergo in essentia vt subiecto. ℞ vt nostro modo; in essentia, vt pelagus, radix, fundamentum, & prima entitas, non potentiale; sed ex qua seipsis pululant attributa, vt perfectiones; relationes, vt termini communicationis. 2 in essentia, vt relatio in fundamento; vt proprietas hypostatica in natura; non vt accidens, aut relatio in subiecto, quod non esset sine potentia subiecti. 3 est in Patre, vt à quo; in filio vt quis à Patre; & generatio passiua, vt est ipse filius; ita nequit formaliter esse, aut intelligi absque filio. Ad 5 respōdet passiua non subiectiuè, quæ sit in potentia; sed tantum obiectiuè filius producibilis, cui non repugnat esse à Patre. 2 nec potentiæ creandi respondet subiectum, sed obiectum, seu potentia obiectiua. 3 potentia ad creari distincta ab actu, & potest esse, & fuit sine actu; at potentia ad generari in Deo, semper cum actu, idem esse & posse. Ais si ignis faceret ignem de sui substantia, ac de aliena; semper ignis esset in potentia; ergo & filius ex hoc quod de eadem substantia Patris, semper de illa, vt quasi materia. ℞ si ignis generaret ignem de sui substantia, & totum esse formale præberet, non aliquam sui partem, non esset in potentia; nec pater de sui substantia est in potentia, sed communicat vt terminū formalem. 2 ignis limitatatus, & diuiduus non dat suum esse, sed aliquid sui communicat. Ad 6 essentia, nec contrahi, nec determinari, nec actuari potest à parte rei, aut nostro modo: nam actus purus, vltimus, pelagus essendi continet, vt prima radix; ratio materiæ, potentia, cōtractio, determinatio, imperfectio nulla in Deo, nec à parte rei, nec nostro conceptu.

Ar-

Argues contra 2. Aug. 7 trinit. c. 6. tres personas ex eadem essentia non dicimus. 2 Cirillus 5 Thesauri c. 5. filius à substantia Patris; à vel ab non est nota consubstantialitatis; non dicimus à ferro fieri gladium. 3 filius de substantia patris, de non est nota distinctionis, quia esẽtia indistincta à filio; nec identitatis, quia Pater non de essentia filii. 4 hæc falsa, filius est essentiæ, aut ab essentia patris; qa non originatur ab essentia; ergo nec filius de substantia Patris; nã constructio cum genitiuo additur eidem; ergo non est nota maioris distinctionis. Ad 1 non de essentia, vt de origine. 2 non ex eadem quia in patre à se; in filio à Patre, & Spiritu sancto ab vtroq; 3 non eiusdem vsiæ, essentiæ personalis, hipostaticæ Ad 2 à substantia patris hoc est a patre, qui est eiusdem substantiæ cum filio. 2 prepositio de, ex, cum nomine substantia, natura, essentia, consubstantialitatem significat, cum nomine suppositi originem; cum vtroque, exprimit vtrumque. Ad 3 ratione substantiæ est nota idẽtitatis; ratione genitiui est nota distinctionis, & principii originis. Ad 4 antecedens videtur notare relationem inter filium, & essentiam; sequela consubstantialitatem essentiæ, cum origine ab eo, qui cum essentia construitur, ideo filius est filius susistantiæ patris, rigore est falsa, quia essentia videtur sumi, vt correlatiuũ filii. Debet exponi, filius substantiæ patris; consubstantialis Patri. 2 de substantia patris, vt requiritur ad filium, in creatis pater decidit semen, quod transmutatur, in Deo communicat indiuisè substantiã;

An essentia sit terminus formalis productionis filij. 5.

INterdum, terminus formalis, pro totali, & adæquato, qui in recto est productus, sic verbum; quodlib. 1. O. vel pro eo, quod producto ex vi productionis appropriatur, siue sit forma producti, quia simpliciter est. siuè proprietas; sic notitia appropriatur filio; 1. d. 13. S. vel proprie, pro eo quod dat esse simpliciter producto, & est perfecta ratio assimilatiua producti cum producente. dist. 7. P. terminus ergo formalis ille est, per quem terminus totalis, & adæquatus accipit esse simpliciter, vt per eum intrinsecè productum accipiat esse simpliciter; dist. 5. q. 2. F. Quod sit id, in quo productũ producenti assimiletur; non habet locum in generatione æquiuoca, Rana à sole. Quod prius communicetur, non habet locũ in formis subordinatis, vbi terminus formalis non est forma prior, sed quæ vltimo inducitur, & intenditur, vt forma mixti perfecta. Illa, quod primum per generationem accipit esse, non habet locum in generatione hominis, anima rationalis generatione nõ accipit esse. Quare formalis terminus per quem intrinsecè productum accipit esse simpliciter; si prius communicetur; si perfecta ratio sit assimilandi; si per generationem accipiat esse, nõ est potior

tior ratio termini formalis; nam ex perfectione anima generatione non accipit esse, ex imperfectione, effectus æquiuocus non est similis agenti; ex ordine agendi in creatis, non prius communicatur perfectè terminus formalis Quo ergo productum simpliciter accipit esse, terminus est formalis.

Dico. formalis terminus generationis diuinæ est sola essentia. 1.d.5.q.2.F.& d.2.q.7. P. Probatur Io.10. Pater quod dedit mihi maius est omnibus; ergo deitas, quæ infinita in genere entis, vt terminus formalis omninò maior communicatur filio. 2 Aug. 15. trinit. c.26 vt filio Pater præstat essentiã sine initio temporis, nec mutabilitate naturæ generatio; ita spiritui præstat essentiã de vtroq; processio; forma, quæ datur producto formalis est terminus. 3 nulla entitas simpliciter perfectior termino formali habetur per productionem; at essentia est formaliter infinita, non relatio, ergo essentia non relatio terminus formalis. Maior, nihil est perfectius in producto, quam primum esse simpliciter, quod per se primo per productionem habetur; ergo essentia, qua simpliciter est Deus. 4 terminus formalis, quo productũ habet simpliciter esse, non qua habet sic esse; ergo essentia, non proprietas. Antec.2.phys. 14. generatio via in natura, quam genitum habet esse simpliciter. 5 generatio non esset vniuoca si essentia non esset terminus formalis, nã ratio conuenientiæ inter generãs, & genitum non esset; & distinctiua, non assimilatiua esset. 6 productio prima non esset generatio, potius mutatio ad relationem. Antec.5 Phys. 4 productio in genere, vel specie speciem sumit ex termino formali; Alteratio qualitas, quia formalis termin' est qualitas, ergo si esset relatio terminus formalis, non esset generatio, quæ est ad substantiam. 7 nulla generatio à forma indiuidua sumit vniuocationem, sed à natura.

Arguent Gregorius, Gabriel, qui filium terminum formalem ponunt. 1 Totalis, & adæquatus est filius, ergo formalis. Sequela; summè simplex est filius, ergo nõ distinctus formalis a totali. 2 Scot. d.13.G quodl.2. O. verbum productum est formalis terminus. 3 Durandus, & Aureolus, quid sit relatio. Terminus formalis, qui per generationem simpliciter accipit esse; est filiatio, seu filius. Antec. terminus productionis accipit esse productione; ergo relatio nõ essentia. 4 quod genito præexistit non est terminus formalis; ergo non essentia: sed relatio. Antec. cum ex aere fit ignis, raritas præexistens non est formalis terminus. Auer.4.cæli com.40. dimẽsiones manentes, nõ sunt formalis terminus; ergo nec essentia ingenita. 5 producens realem habitudinem dicit ad terminum productum; essentia non est ratio talis habitudinis, potius identitatis. 6 relatio principaliter intenditur, principium distinctiuum geniti à generante. 7 filiatio principalius in genito habet rationem actus, esse filii specificat filiũ à quocũq; di-

distinguit. 8 motuum distinctorũ specie, termini distincti specie 5 phys. 31. generatio, & spiratio non essentiam, sed relationes habent distinctas. Ad 1 in termino totali duo formaliter distincta, essentia, & relatio; nec cõponunt vt actus & potentia; sed vnũ simplex perfectè idem, essentia vt actus simpliciter, essentialis, relatio actus hypostaticus, idem illi ob infinitatẽ. 2 non distinctus re, formalitate. Ad 2 ibi late sumpsit terminum formalem, pro totali, & adæquato accepto simpliciter per essentiam, vt terminum formalem. 2 pro eo quod terminat generationem actiuam, & terminat relationem productionis, non vt dat esse simpliciter producto. Ad 3 terminus totalis accipit esse; terminus formalis non accipit, dat esse. Ad 4 ibi terminus non modo est assimilatiuus, sed ratio essendi communicabilis, & identificãs productum cum producente. 2 raritas, & dimensio nõ sunt terminus, quia eis non communicatur producto esse simpliciter. Ad 5 à termino formali est similitudo, non distinctio; generatio tẽdit in similitudinem producti, & producentis. Ad 6 generatio assimilatiua, magis quam distinctiua; potius intenditur id in quo productum producenti assimilatur, quam id in quo à producente distinguitur. Ad 7 essentia actus simpliciter, quidditas, & essentialiter ab omni creato distincta; filiatio distinguit tantũ à personis; nec facit ad terminum formalẽ; nam generatio primo est in similitudinem, quam distinctionem. Ad 8 vbi forma fluẽs est eiusdem rationis cum forma terminante; in Deo productiones sũt alterius rationis ab essentia terminante; ideo ex vnitate essentiæ, non licet inferre productiones easdem; quia fluxus, seu communicatio alia, & alia. 2 ex forma fluente alterius rationis à forma terminãte non oportet ex distinctione motuum, concludere distinctionem terminorum; sic productio in diuinis est relatio, & formalis terminus essentia. 3 idem vbi potest acquiri motu recto, & circulari. 4 nec vbi terminus est infinitus, & communicabilis.

*A*rguet Suarez quod essentia, vt formalissime est intelligere. 1 si essentia vt essentia formalis terminus, processio Spiritus Sãcti esset generatio; nam vtraque in similitudinem naturæ. 2 est per modũ intellectus, ergo vt coincidit cum sapiẽtia; nam quod procedit per intellectum sapientia, & notitia est. 3 terminus formalis, nec prior, nec potior ratione formali; ratio formalis est memoria; ergo non essentia, sed vt coincidit cum intelligentia: nam huic æquatur memoria. *A*d 1 spiritus Sanctus est in similitudinem naturæ; sed non productione naturali, & ad vnũ. 2 terminus formalis; non principium agendi, nam voluntas fæcunda. Ad 2 essentia primo communicatur; non notitia formaliter distincta, nisi appropriatè. 2 notitia est terminus, pro eo quod producto appropriatur; non vt forma, & natura producti, quam

simpliciter est. Ad 3 nõ prior perfectione: sed ordine naturæ, præest in producente; memoria fœcunda naturaliter præsupponit essentiam, & formaliter illam includit; nam ex essentia, & intellectu fit memoria. Ais Scot. 1. d. 13. T. principia formalia memoria, & voluntas, termini formales primi, notitia & amor. R. primitate adæquationis, notitia genita, & amor spiratus; primitate communicationis, seu primi termini fœcunditatis, essentia.

Quæres an essentia, vt primus terminus formalis, ita primus primitate originis, & gñationis, ex perfectionibus à Patre communicatis. R. ex Scot. 1. d. 13. T. d. 3 q. 2. 1. d. quodl. 2. O. essentia primus terminus via originis, & naturæ, quæ generatione communicatur. 1 cũ vnum continet perfectiones plures per se communicabiles, communicans illud vnum, perfectiones eo ordine communicat, quo natæ sunt esse in illo vno: essentia pelagus omnium perfectionũ, infinita in genere entis, & ab ea perfectiones emanant; ergo primus terminus communicationis. 2 filius non esset Patri vniformiter Deus vi generationis primario. 3 eius productio non esset formaliter generatio: sed materialiter; nam primus terminus vi generationis est formaliter substantia; actualis notitia tantum identicè, operatio, naturaliter posterior, vt operari sequitur ab esse. 4 notitia non continet vt radix essentiam, sed è contra; ergo si filius vi generationis primo accipit notitiã, nõ est primo Deus vi productionis. 5 priora generatione in Deo, quantum fieri potest, etiã priora perfectione, ergo essentia non notitia prior communicatione. 6 eo ordine communicatio fit in non distinctis, quo fieret si essent distincta; ignis primo communicat essentiam ignis, quã proprietates; homo prius essentiam, quã accidentia, quæ sequuntur.

Arguet Molina, 1 procedit filius ab intellectu, vt formaliter notitia, ergo primus terminus. 2 quod primo accipit esse per intellectũ est intellectio. 3 si vi suæ originis non esset primo notitia; non minus esset amor, bonitas, iustitia. 4 accipit essentiam ex processione reali intellectus, ergo per modum intellectionis. 5 quod intellectus per se primo formaliter habet, per se primo formaliter cõmunicat. Ad 1 intellectus creatus producit in esse vitali, & intentionali; intellectus Deo in esse simpliciter, & producto communicat terminum adæquatum in esse. Ad 2 notitia genita, non inhærens, subsistens, adæquata producenti in esse; id primo accipit, quod est ei ratio essendi simpliciter. Ad 3 appropiatè est notitia, quia productione intellectus, primitate appropriationis. Ad 4 intellectio notionalis, genita, terminus adæquatus, qui denominationem suscipit; non primus primitate communicationis, & originis; nam productio in Deo per intellectum non tẽdit in notitiã adæquatam in ratione operationis, sed in esse. Ad 5 intellectus non

pro-

producit in recto, sed supposit ũ per intellectum; ideo quod suppositum agens per intellectũ habet, communicat. 2 intellectus fecundus est, non solũ identicè cõtinet essentiã, sed formaliter; & est obiectum eius; hanc per se primo communicat, nam est producto adæquata in esse.

An terminus totalis, & adæquatus generationis sit verbum, & filius Dei. 6.

PRimus terminus formalis generationis, est essentia, per quã filius accipit esse simpliciter. primus appropriationis, est notitia, quæ peculiariter producto appropriatur, vi suæ productionis per intellectum; primus adæquationis est terminus productus suo principio productiuo adæquatus Terminus ergo totalis, qui per generationem totaliter accipit esse, & à generante principaliter intẽditur; vt ignis generat ignem, cõmunicat substantiam, corpus, rationem elementi, eo ordine, quo prædicata ordinatè se habent inter se; primus terminus adæquatus est ignis, qui principaliter à generante intenditur, cui perfectè ignis genitus est similis, & vi generationis accipit esse. prima persona productione adæquata per intellectum secundam producit; in totali, & adæquato termino generationis duo; natura, & propria relatio, qua hypostaticè hæc persona; essentia terminus formalis, totalis verbum perfectum

Dico. totalis terminus generationis, primus adæquatione est verbum, & filius Dei. 1.d.7.I.d.2.q.7.N.d.13.V.quodlib.2.O. probatur, Io.1. Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ. Vidimus gloriam eius, quasi Vnigeniti; quasi non dubii nota, sed idem ac vere, vt decet Vnigenitum. 2 *August.* 7 trinit. c.6. substantia est, quo Pater est, & quo filius est; non quo Pater est Pater, & quo filius est filius; ergo nequit eo, quo Deus dici terminus totalis; sed eo quod simul Deus, & filius. 3 generatio est assimilatiua, & distinctiua; nam generans ex quo intendit simile, assimilat; ex quo non se, sed aliud generat, distinguit; sed tantum filius habet vtrumque; essentia est ratio similitudinis; relatio ratio distinguendi; ergo filius terminus totalis. 4 Deitas, nec generat, nec generatur; relatio, seù filiatio non producitur, sed productum intrinsece denominat, & est quã productũ refertur ad producens; ergo verbum, & filius ex essentia, & relatione est terminus productus, & persona subsistens adæquata generationi. 5 est terminus adæquatus producenti, & principio productiuo intensiuè, & extensiuè. Assumptũ; adæquatur in essendo simpliciter naturæ producentis terminus productus & principio productiuo; ergo intensiuè; similiter actui generandi tum in actu primo, quam secundo, nec alium genitum simili productione habere potest, ergo extensiuè. 6 filius ui productionis est essentialiter Deus eiusdem naturæ cum Patre; ergo principio

quo, & quod adæquatus in esse, & intensiuè; productio eiusdem rationis nequit multiplicari, sed ex se incommunicabilis, & determinata ad vnum numero productũ; ergo terminus totalis, & adæquatus. 7 potentia generandi Dei semper possidet terminum in produci, vt numquam transeat, & est permanens; ergo adæquatè respicit filium. Sequela; potentia creata est, quæ potest habere terminũ in facto esse, & in fieri, vnum in produci, alterum cum esse producto; nam non communicat adæquatè nisi partem substantiæ, at pater adæquatè eandem essentiã filio.

Argues. ex 5. phys. totalis terminus generationis substantia; filius vt filius quid relatiuum. 2 generatio ad substantiam, vt distincta ab aliis mutationibus, sed quo filius, est relatio; ergo non terminus. 3 in creatis filius nõ filiatione, sed ratione naturæ singularis est terminus generationis; ergo in diuinis, vt hic Deus. 4 filius non est tertia entitas distincta ab essẽtia, & filiatione, sed est filiatio in natura Dei subsistens; ergo natura aut proprietas est terminus. 5 Pater in creatis potest esse ad plures filios; ergo & in Deo, ergo non terminus adæquatus filius. Sequela, potentia ex filii generatione non minuitur. 6 vis generandi in Deo, etiam cum voluntate; ergo potest esse ad plures, & non terminus adæquatus. 7 idem actus intelligendi, & amandi ad plura obiecta etiam possibilia, est maximè perfectionis; ergo & idem actus generãdi potest esse ad plures, nec adæquatè vnius filii. Sequela; vt habitudo actus operatiui ad obiectum, ita productiui ad terminum. 8 ad coloss. 1. primogenitus omnis creaturæ, ergo cũ respectu ad alium, nec adæquatè.

Ad 1 filius maximè substantia, si nõ absolutus à termino; à subiecto. 2 refertur, relatione non inhærente, subsistente. Ad 2 est relatio nõ prædicamentalis, inhærens; subsistens realiter idem essentiæ. Ad 3 filiatio in creatis est inhærens, aduenit supposito iam constituto; in Deo subsistẽs, formaliter constituit. Ad 4 si non dicit vnum per modum totius physici; dicit vnum formaliter ex natura rei distinctum, vt constitutum à constitutiuis. vnum non compositum; sed simplex ex actu & actu; quidditatiuo, & hypostatico, quorum vnum infinitum est idem alteri. Ad 5 in creatis dat partem substantiæ; 2 vnus terminus est in produci, alter in esse producto; in Deo semper possidet terminum, & est permanẽs. 3 quæ distat ab actu; in Deo semper sub actu. 4 in nobis sub potentia contradictionis; in Deo sub voluntate complacentiæ; filius dilectionis suæ. Ad 6 voluntas, & libertas nõ vt principium elicitiuum; vel contradictionis: sed complacentiæ. 2 voluntas communicandi; nõ libertas non agendi. Ad 7 possibilia ad obiectum secundarium filij generatio in obiecto primario. 2 cognitio ad obiectum extra Deum, generatio ad intra, spectat ad esse Dei. 3 ad extra creatura nõ

adæ-

adæquat esse potentiæ; ad intra filius adæquatus memoriæ Patris. Ad 8 primogenitus non relatione ad secundo genitum; negatione alterius geniti. 2 primogenitus, ac Vnigenitus; etiā Christus primogenitus Virginis, exclusione alterius prius geniti. 3 ordine ad creaturas, quæ adoptione filij Dei.

DE PRODVCTIONE Filij, vt Verbum est.

TITVLVS XVI.

An Verbum mentis creatæ sit species; obiectum cognitum; aliquid productum per intellectionē; vel ipsa met notitia per dictionem, & locutionē intellectus. 1.

VErbum quod foris sonat, est signum Verbi, quod intus manet; *August.* 15. *Trinit.* c. 10. & 25. hinc verbum mentis, nisi per Verbum oris intelligi nequit. Verbum vocale est, quod à dicente, seù loquente profertur, vt signū alicuius rei: duo enim importat; est effectus a dicente, seù loquente product', locutionis terminus vt calor terminus calefactionis; & est signum rei, nam habet rationem signi eius rei, cuius est Verbum. *A*d dicentem seu loquētem habet relationem realē, quæ est effectus ad causam, & est ipsa processio a dicente, seu loquente; & relationem rationis ad rem signatam; nam verbum oris est signum, & ipsius rei verbum; sic Vox perfecta est verbum oris à loquente, & dicente, & signat rem, August. ser. Io. Bap. vox index cogitationis. *A*rist. 1. perhier. voces signa eorum, quæ sunt in anima. Verbum mentis est actus intelligentiæ productus à memoria perfecta, nō habens esse sine actuali intellectione; repræsentans verbum diuinum. 5 d. 27 q. 1. E hæc descriptio ex Aug. quod sit actus intelligentiæ, 10. de trinit cap 11 memoriæ respondet mens, intelligentiæ notitia, & verbum, voluntati amor; si amor est voluntatis perfectio, ita verbum intellectus actu intelligentis perfectio & actus. Quod sit notitia genita a memoria perfecta, & fœcunda, 15. trinit. c. 26. verbum nostrum de nostra scientia memorabili, hoc est de nostra memoria; & *A*nselm. monol. c. 26. Verbum cogitatio de memoria facta. Quod nō sine actuali cognitione, 15. de Trinit. c. 15. Verbum nostrum nō potest esse sempiternum, quia cogitatio nostra nec sempiterna; ergo intellectu non intelligente, nō est verbum. Quod repræsentatiuum *V*erbi diuini, 9. Trinit. c. vlt. Mens, verbum, & amor, trinitatī increatæ similitudinem gerit; & ibi ex similitudine verbi nostri inuestigat *V*erbi Dei naturā. Homo factus ad imaginem, & similitudinē *Dei*; in anima est aliquid repræsentans Patrem, memoria perfecta; Filium, vt est Verbum; Spiritum sanctum, amor voluntate productus. Si ergo Verbum est effectus productus à memoria & mente fæcunda; & in mente

hæc

Vltimus,& perfectio vltima intellectus, & potentiæ 9. met. 16. 1. eth.c.4.ergo non habet productum; secus non esset vltimus. R. vltimus,non quia nil sit ea vlterius, sed si habet opus est propter eã; verbum est propter intellectionem. C. *Aristot.* ait, non est aliud opus præter operationem; ergo operatio est terminus, nec aliud inducitur, vel educitur; vt visio in vidente, cuius nõ est alius terminus. 2 si verbum producimus, vt intelligamus, ergo intellectio sequitur verbum productum; & non est actio productiua verbi; nam actio præcedit terminum productum. 3 elicere, & producere cognitionem,non est ipsa cognitio; sed causatio illius;ergo cognitio quæ est producta, non est productio,ergo verbum non est productũ per cognitionem; secus cognitio producta haberet productum; & sic processus. 4 in intellectu post intellectionem,& cognitionem nil habemus, ergo non est terminus vlterior. 5 intellectio est forma, & qualitas absoluta, res producta; ergo terminus dictionis,& locutionis mentis; ergo per actionem productiuam, elicitiuam, & causatiuam est verbum, & non per intellectionem, quæ est res causata, & producta. Sequela; dicere, elicere, causare intellectionem, non est intellectio, sed productio illius; vt calefactio est productio caloris, non calor; elicere visionẽ, est productio visionis non visio. Respondent intellectio, vt dictio est productiua verbi. C. actio immanens non est vnum per se; si includit absolutum,& relationẽ; productionem, & productum esse. 2 est vna in genere qualitatis,ergo nõ actionis, & passionis; 3 actio, vt dictio, quæ est suo modo transmutatio, & ad terminum capientem esse, non est vltima perfectio operantis; ergo non intellectio. 4 agens actione de genere actionis non est simpliciter perfectus per illam; sed tendit in perfectionem; ergo dictio non est intellectio, qua perficitur intellectus absolutè. 5 qualitates spirituales siue in esse quieto, vt habitus; siue in fieri vt operationes; conueniunt cum actione, quia pendent à causa; respiciunt terminum, & obiectum; at non producunt terminum; ergo non est productio intellectio, quæ est immanens; sed actus secundus, operatio, & qualitas.

Quod Verbum sit ipsa intellectio actualis producta, & genita à memoria perfecta per actum dicendi, & locutionem mentis. Probatur. ex August. 9. trinit. c. 7. cõceptam rerum notitiam, tamquam verbum apud nos habemus. c. 10. quærit, an omnis notitia sit verbum; an solum amata notitia; ergo supponit verbum esse notitiam. c. 12. Imago trinitatis mens,& notitia, quæ est proles, ac verbum eius; & amor. 15. trinit. c. 16. formata cogitatio de eo, quod scimus verbum est. 2 ad rationem verbi sufficit, quod sit proles genita à memoria, expressiua parentis; sed intellectio, & cognitio exprimit, quod manet

in

in memoria; ergo ipsa non verbum. 3 intellectio est actus à memoria fœcunda productus, quia gignitur per dictionem, non habens esse sine cognitione, quia est ipsa formalis cognitio; & repræsentat verbum diuinum; nam est notitia genita à memoria, sicut verbum diuinum à Patre per memoriam. 4 verbum non est terminus productus per intellectioné, quæ est qualitas, non actio productiua; & qualitas actu est terminans actionem, quam significat dicere, & elicere, seù producere intellectionem; ergo verbũ est intellectio producta per actũ dicendi. 5 Verbum dicit relationem ad dicentem, seù producti ad memoriam producentem, & declarantis ad obiectum, quod exprimit: primum est reale, secũdum rationis; sed nihil habet rationem producti, nisi notitia expressa; nihil producentis nisi memoria; nihil productionis nisi dictio, & locutio; ergo verbum est notitia producta à memoria per actum dicendi. 6 qualitas producta supponit actioné productiuã intellectio est qualitas producta; ergo dictio, & elicitio est productiua. ℞ intellectio vt actio est à memoria, & productio; vt partus est terminus productus, & qualitas. 2 in fieri est actio, & productio, in facto esse qualitas Contra; forma inducta per motum, est alia ab actione, quæ est inductiua 2 forma quæ est terminus actionis est absoluta, actio est respectus, & habitudo ad terminũ pductum, ergo non est ipsa formalitas intellectionis. 3 fieri, & produci intellectionem, non est esse intellectionem; sicut fieri calorem, non est esse caloris; sed causatio, & productio illius. 4 intellectio, si habet respectum ad memoriam, vt à qua producitur, & ad memoriam vt in qua inducitur, tamen vnica forma immanens est, quæ manet in agente; ergo nequit esse actio sui ipsius productiua; nec est causa sui ipsius sub alio respectu; nec respectus est ratio actiua; sed est habitudo, & ordo actiui ad passiuũ. 5 absurdũ, eumdẽ actum notitiæ formatæ esse productioné, & ré productam; fieri, & factum esse; terminum actionis, & actionem; motum, & formam.

Arguent. 1. ex August. 8. trinit. c. 6. Phantasia Carthaginis in memoria, est verbum carthaginis; sed phantasia est species in memoria; ergo verbum est species Ægid. 2 August. 15. trinit. c. 11. Verbum quod foris sonat, est signum verbi, quod intus manet; sed q̃ foris sonat, est signum non cognitionis, sed rei cognitæ; ergo est res cognita, nõ cognitio. Minor; hoc verbum, homo est animal, esset falsum; nã cognitio hominis non est cognitio animalis. Aureol. 3. Verbum est productũ per intellectionem; ergo non intellectio. Anteced. per intellectionem res intellecta est expressa in intellectu, & in actu secundo; ergo per eam est verbum. 4 verbũ est proles genita à memoria. Aug 9. trinit. c. vlt. intellectio non est genita; ergo non est verbum Mi

4 essentia vt præintellecta in patre non habet filiationem; post, illam habet, ergo sub priuatione, & in filio sub affirmatione. 5 potentiæ passiuæ respondet sua actiua; ergo actiuæ fœcunditati Patris respondet potentia de qua Filius. 6 Caiet. essentia, & relatio, vt materia, & forma saltim metaphysicè, & nostro modo; nam relatio, vt determinans, essentia vt determinata. Ad 1 creatura ex nihilo, non præcisè, quia non ex materia; sed quia ex nullo sui esse, filius de essentia, quæ est suum esse simpliciter, non potentiale. Ad 2 essentia, præsupponitur non vt subiectum, vt formalis terminus, nō informans, vt forma totius, simplex quidditas sine imperfectione 2 in creatis quod generatur est subiecti mutati ad formam; cum Deo est essentiæ immutatæ, & cōmunicatæ sola habitudo ad terminum productum. Ad 3 in ratione mutationis, nō productionis; vbi termini priuatioq;, & forma; non producens, & productū. Ad 4 si præ intelligitur, vt non habens formaliter, non tamen potētialiter, quia in vltima actualitate. 2 non actione extrinseci agentis pululant personalitates, sed seipsis vt relationes subsistentes. Ais generatio passiua, vt præcedit filium, non est in Patre, nec in filio, quia præcedit; ergo in essentia vt subiecto. ℟ vt nostro modo; in essentia, vt pelagusq;, radix, fundamentum, & prima entitas, non potentiale; sed ex qua seipsis pululant attributa, vt perfectiones; relationes, vt termini communicationis. 2 in essentia, vt relatio in fundamento; vt proprietas hypostatica in natura; non vt accidens, aut relatio in subiecto, quod non esset sine potentia subiecti. 3 est in Patre, vt à quo; in filio vt quis à Patre; & generatio passiua, vt est ipse filius; ita nequit formaliter esse, aut intelligi absque filio. Ad 5 respōdet passiua non subiectiuè, quæ sit in potentia; sed tantum obiectiuè filius producibilis, cui non repugnat esse à Patre. 2 nec potentiæ creandi respondet subiectum, sed obiectum, seu potentia obiectiua. 3 potentia ad creari distincta ab actu, & potest esse, & fuit sine actu; at potentiaq; ad generari in Deo, semper cum actu, idem esse & posse. Ais si ignis faceret ignem de sui substantia, ac de aliena; semper ignis esset in potentia; ergo & filius ex hoc quod de eadem substantia Patris, semper de illa, vt quasi materia. ℟ si ignis generaret ignem de sui substantia, & totum esse formale præberet, non aliquam sui partem, non esset in potentia; nec pater de sui substantia est in potentia, sed communicat vt terminū formalem. 2 ignis limitatatus, & diuiduus non dat suum esse, sed aliquid sui communicat. Ad 6 essentia, nec contrahi, nec determinari, nec actuari potest à parte rei, aut nostro modo: nam actus purus, vltimus, pelagus essendi continet, vt prima radix; ratio materiæ, potentia, cōtractio, determinatio, imperfectio nulla in Deo, nec à parte rei, nec nostro conceptu.

Ar-

Argues contra 2. Aug. 7. trinit. c. 6. tres personas ex eadem essentia non dicimus. 2 Cirillus 5 Thesauri c. 5. filius à substantia Patris; à vel ab non est nota consubstantialitatis; non dicimus à ferro fieri gladium. 3 filius de substantia patris, de non est nota distinctionis, quia essẽtia indistincta à filio, nec identitatis, quia Pater non de essentia filii. 4 hæc falsa, filius est essentiæ, aut ab essentia patris; qa non originatur ab essentia; ergo nec filius de substantia Patris; nã constructio cum genitiuo additur eidem; ergo non est nota maioris distinctionis. Ad 1 non de essentia, vt de origine. 2 non ex eadem quia in patre à se; in filio à Patre, & Spiritu sancto ab vtroq; 3 non eiusdẽm vsiæ, essentiæ personalis, hipostaticæ Ad 2 à substantia patris hoc est a patre, qui est eiusdem substantiæ cum filio. 2 prepositio de, ex, cum nomine substantia, natura, essentia, consubstantialitatem significat, cum nomine suppositi originem; cum vtroque, exprimit vtrumque. Ad 3 ratione substantiæ est nota idẽtitatis; ratione genitiui est nota distinctionis, & principii originis. Ad 4 antecedens videtur notare relationem inter filium, & essentiam; sequela consubstantialitatem essentiæ, cum origine ab eo, qui cum essentia construitur, ideo filius est filius susistantiæ patris, rigore est falsa, quia essentia videtur sumi, vt correlatiuũ filii. Debet exponi, filius substantiæ patris; consubstantialis Patri. 2 de substantia patris, vt requiritur ad filium; in creatis pater decidit semen, quod transmutatur, in Deo communicat indiuisè substantiã.

An essentia sit terminus formalis productionis filij. 5.

INterdum, terminus formalis, pro totali, & adæquato, qui in recto est productus, sic verbum; quodlib. 1. O. vel pro eo, quod pro ducto ex vi productionis appropriatur, siue sit forma producti, quia simpliciter est, siuè proprietas; sic notitia appropriatur filio; 1. d. 13. S. vel proprie, pro eo quod dat esse simpliciter producto, & est perfecta ratio assimilatiua producti cum producente. dist. 7. P. terminus ergo formalis, ille est, per quem terminus totalis, & adæquatus accipit esse simpliciter, vt per eum intrinsecè productum accipiat esse simpliciter; dist. 5. q. 2. F. Quod sit id, in quo productũ producenti assimiletur; non habet locum in generatione æquiuoca, Rana à sole. Quod prius communicetur, non habet locũ in formis subordinatis, vbi terminus formalis non est forma prior, sed quæ vltimo inducitur, & intenditur, vt forma mixti perfecta. Illa, quod primum per generationem accipit esse, non habet locum in generatione hominis, anima rationalis generatione nõ accipit esse. Quare formalis terminus per quem intrinsecè productum accipit esse simpliciter; si prius communicetur; si perfecta ratio sit assimilandi; si per generationem accipiat esse, nõ est potior

tior ratio termini formalis; nam ex perfectione anima generatione non accipit esse, ex imperfectione, effectus æquiuocus non est similis agenti; ex ordine agendi in creatis, non prius communicatur perfectè terminus formalis Quo ergo productum simpliciter accipit esse, terminus est formalis.

Dico. formalis terminus generationis diuinæ est sola essentia. 1. d. 5. q. 2. F. & d. 2. q. 7. P. Probatur Io. 10. Pater quod dedit mihi maius est omnibus; ergo deitas, quæ infinita in genere entis, vt terminus formalis omninò maior communicatur filio. 2 Aug. 15. trinit. c. 26 vt filio Pater præstat essentiã sine initio temporis, nec mutabilitate naturæ generatio; ita spiritui præstat essentiã de vtroq; processio; forma, quæ datur producto formalis est terminus. 3 nulla entitas simpliciter perfectior termino formali habetur per productionem; at essentia est formaliter infinita, non relatio, ergo essentia non relatio terminus formalis. Maior, nihil est perfectius in producto, quam primum esse simpliciter, quod per se primo per productionem habetur; ergo essentia, qua simpliciter est Deus. 4 terminus formalis, quo productũ habet simpliciter esse, non qua habet sic esse; ergo essentia, non proprietas. Antec. 2. phys. 14. generatio via in natura, quam genitum habet esse simpliciter. 5 generatio non esset vniuoca si essentia non esset terminus formalis, nã ratio conuenientiæ inter generãs, & genitum non esset; & distinctiua, non assimilatiua esset. 6 productio prima non esset generatio, potius mutatio ad relationem. Antec. 5 Phys. 4 productio in genere, vel specie speciem sumit ex termino formali; Alteratio qualitas, quia formalis termin⁹ est qualitas, ergo si esset relatio terminus formalis, non esset generatio, quæ est ad substantiam. 7 nulla generatio à forma indiuidua sumit vnivocationem, sed à natura.

Arguent Gregorius, Gabriel, qui filium terminum formalem ponunt. 1 Totalis, & adæquatus est filius, ergo formalis. Sequela; summè simplex est filius, ergo nõ distinctus formalis a totali. 2 Scot. d. 13. G quodl. 2. O. verbum productum est formalis terminus. 3 Durandus, & Aureolus, quid sit relatio. Terminus formalis, qui per generationem simpliciter accipit esse; est filiatio, seu filius. Antec. terminus productionis accipit esse productione; ergo relatio nõ essentia. 4 quod genito præexistit non est terminus formalis; ergo non essentia: sed relatio. Antec. cum ex aere fit ignis, raritas præexistens non est formalis terminus. Auer. 4. cæli com. 40. dimẽsiones manentes, nõ sunt formalis terminus; ergo nec essentia ingenita. 5 producens realem habitudinem dicit ad terminum productum; essentia non est ratio talis habitudinis, potius identitatis. 6 relatio principaliter intenditur, principium distinctiuum geniti à generante. 7 filiatio principalius in genito habet rationem actus, esse filii specificat filiũ à quocũq;

di-

distinguit. 8 motuum distinctorũ specie, termini distincti specie 5 phys. 31. generatio, & spiratio non essentiam, sed relationes habent distinctas. Ad 1 in termino totali duo formaliter distincta, essentia, & relatio; nec cõponunt vt actus & potentia; sed vnũ simplex perfectè idem, essentia vt actus simpliciter, essentialis, relatio actus hypostaticus, idem illi ob infinitatẽ. 2 non distinctus re, formalitatẽ. Ad 2 ibi late sumpsit terminum formalem, pro totali, & adæquato accepto simpliciter per essentiam, vt terminum formalem. 2 pro eo quod terminat generationem actiuam, & terminat relationem productionis, non vt dat esse simpliciter producto. Ad 3 terminus totalis accipit esse; terminus formalis non accipit, dat esse. Ad 4 ibi terminus non modo est assimilatiuus, sed ratio essendi communicabilis, & identificãs productum cum producente. 2 raritas, & dimensio nõ sunt terminus, quia eis non communicatur producto esse simpliciter. Ad 5 à termino formali est similitudo, non distinctio; generatio tẽdit in similitudinem producti, & producentis. Ad 6 generatio assimilatiua, magis quam distinctiua; potius intenditur id in quo productum producenti assimilatur, quam id in quo à producente distinguitur. Ad 7 essentia actus simpliciter, quidditas, & essentialiter ab omni creato distincta; filiatio distinguit tantũ à personis; nec facit ad terminum formalẽ; nam generatio primo est in similitudinem, quam distinctionem. Ad 8 vbi forma fluẽs est eiusdem rationis cum forma terminante; in Deo productiones sũt alterius rationis ab essentia terminante; ideo ex vnitate essentiæ, non licet inferre productiones easdem; quia fluxus, seu communicatio alia, & alia. 2 ex forma fluente alterius rationis à forma terminãte non oportet ex distinctione motuum, concludere distinctionem terminorum; sic productio in diuinis est relatio, & formalis terminus essentia. 3 idem vbi potest acquiri motu recto, & circulari. 4 nec vbi terminus est infinitus, & communicabilis.

*A*rguet Suarez quod essentia, vt formalissime est intelligere. 1 si essentia vt essentia formalis terminus, processio Spiritus Sancti esset generatio; nam vtraque in similitudinem naturæ. 2 est per modũ intellectus, ergo vt coincidit cum sapiẽtia; nam quod procedit per intellectum sapientia, & notitia est. 3 terminus formalis, nec prior, nec potior ratione formali; ratio formalis est memoria; ergo non essentia, sed vt coincidit cum intelligentia: nam huic æquatur memoria. *A*d 1 spiritus Sanctus est in similitudinem naturæ; sed non productione naturali, & ad vnũ. 2 terminus formalis; non principium agendi, nam voluntas fæcunda. Ad 2 essentia primo communicatur; non notitia formaliter distincta, nisi appropriatẽ. 2 notitia est terminus, pro eo quod producto appropriatur; non vt forma, & natura producti, qua

simpliciter est. Ad 3 nō prior perfectione: sed ordine naturæ, præest in producente; memoria fœcunda naturaliter præsupponit essentiam, & formaliter illam includit; nam ex essentia, & intellectu fit memoria. Ais Scot. 1. d. 13. T. principia formalia memoria, & voluntas, termini formales primi, notitia & amor. ℞. primitate adequationis, notitia genita, & amor spiratus; primitate communicationis, seu primi termini fœcunditatis, essentia.

Quæres an essentia, vt primus terminus formalis, ita primus primitate originis, & gñationis, ex perfectionibus à Patre communicatis. ℞ ex Scot. 1. d. 13. T. d. 3 q. 2. 1. d. quodl. 2. O. essentia primus terminus via originis, & naturæ, quæ generatione communicatur. 1 cũ vnum continet perfectiones plures per se communicabiles, communicans illud vnum, perfectiones eo ordine communicat, quo natæ sunt esse in illo vno: essentia pelagus omnium perfectionũ, infinita in genere entis, & ab ea perfectiones emanant; ergo primus terminus communicationis. 2 filius non esset Patri vniformiter Deus vi generationis primario 3 eius productio non esset formaliter generatio: sed materialiter; nam primus terminus vi generationis est formaliter substantia; actualis notitia tantum identicè, operatio, naturaliter posterior, vt operari sequitur ab esse. 4 notitia non continet vt radix essentiam, sed è contra; ergo si filius vi generationis primo accipit notitiã, nō est primo Deus vi productionis. 5 priora generatione in Deo, quantum fieri potest, etiã priora perfectione, ergo essentia non notitia prior communicatione. 6 eo ordine communicatio fit in non distinctis, quo fieret si essent distincta; ignis primo communicat essentiam ignis, quã proprietates; homo prius essentiam, quã accidentia, quæ sequuntur.

Arguet Molina, 1 procedit filius ab intellectu, vt formaliter notitia, ergo primus terminus. 2 quod primo accipit esse per intellectũ est intellectio. 3 si vi suæ originis non esset primo notitia; non minus esset amor, bonitas, iustitia. 4 accipit essentiam ex processione reali intellectus, ergo per modum intellectionis. 5 quod intellectus per se primo formaliter habet, per se primo formaliter cõmunicat. Ad 1 intellectus creatus producit in esse vitali, & intentionali; intellectus Deo in esse simpliciter, & producto communicat terminum adæquatum in esse. Ad 2 notitia genita, non inhærens, subsistens, adæquata producenti in esse; id primo accipit, quod est ei ratio essendi simpliciter. Ad 3 appropiatè est notitia quia productione intellectus, primitate appropriationis. Ad 4 intellectio notionalis, genita, terminus adæquatus, qui denominationem suscipit; non primus primitate communicationis, & originis; nam productio in Deo per intellectum non tēdit in notitiã adæquatam in ratione operationis, sed in esse. Ad 5 intellectus non

pro-

producit in recto, sed suppositũ per intellectum; ideo quod suppositum agens per intellectũ habet, communicat. 2 intellectus fecundus est, non solũ identicè cõtinet essentiã, sed formaliter; & est obiectum eius; hanc per se primo communicat, nam est producto adæquata in esse.

An terminus totalis, & adæquatus generationis sit verbum, & filius Dei. 6.

PRimus terminus formalis generationis, est essentia, per quã filius accipit esse simpliciter. primus appropriationis, est notitia, quæ peculiariter producto appropriatur, vi suæ productionis per intellectum; primus adæquationis est terminus productus suo principio productiuo adæquatus Terminus ergo totalis, qui per generationem totaliter accipit esse, & à generante principaliter intẽditur; vt ignis generat ignem, cõmunicat substantiam, corpus, rationem elementi, eo ordine, quo prædicata ordinatè se habent inter se; primus terminus adæquatus est ignis, qui principaliter à generante intenditur, cui perfectè ignis genitus est similis, & vi generationis accipit esse. prima persona productione adæquata per intellectum secundam producit; in totali, & adæquato termino generationis duo; natura, & propria relatio, qua hypostaticè hæc persona; essentia terminus formalis, totalis verbum perfectum

Dico. totalis terminus generationis, primus adæquatione est verbum, & filius Dei. 1. d. 7. I. d. 2. q. 7. N. d. 13. V. quodlib. 2. O. probatur, Io. 1. Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ. Vidimus gloriam eius, quasi Vnigeniti; quasi non dubii nota, sed idem ac vere, vt decet Vnigenitum. 2 *August.* 7 trinit. c. 6. substantia est, quo Pater est, & quo filius est; non quo Pater est Pater, & quo filius est filius; ergo nequit eo, quo Deus dici terminus totalis; sed eo quod simul Deus; & filius. 3 generatio est assimilatiua, & distinctiua; nam generans ex quo intendit simile, assimilat; ex quo non se, sed aliud generat, distinguit; sed tantum filius habet vtrumque; essentia est ratio similitudinis; relatio ratio distinguendi; ergo filius terminus totalis. 4 Deitas, nec generat, nec generatur; relatio, seù filiatio non producitur, sed productum intrinsece denominat, & est quã productũ refertur ad producens; ergo verbum, & filius ex essentia, & relatione est terminus productus, & persona subsistens adæquata generationi. 5 est terminus adæquatus producenti, & principio productiuo intensiuè, & extensiuè. *A*ssumptũ; adæquatur in essendo simpliciter naturæ producentis terminus productus & principio productiuo; ergo intensiuè; similiter actui generandi tum in actu primo, quam secundo, nec alium genitum simili productione habere potest, ergo extensiuè. 6 filius ui productionis est essentialiter Deus eiusdem naturæ cum Patre; ergo principio

quo, & quod adæquatus in esse, & intensiuè; productio eiusdem rationis nequit multiplicari, sed ex se incommunicabilis, & determinata ad vnum numero productũ; ergo terminus totalis, & adæquatus. 7 potentia generandi Dei semper possidet terminum in produci, vt numquam transeat, & est permanens; ergo adæquatè respicit filium. Sequela; potentia creata est, quæ potest habere terminũ in facto esse, & in fieri, vnum in produci, alterum cum esse producto; nam non communicat adæquatè nisi partem substantiæ, at pater adæquatè eandem essentiã filio.

Argues. ex 5. phys. totalis terminus generationis substantia; filius vt filius quid relatiuum. 2 generatio ad substantiam, vt distincta ab aliis mutationibus, sed quo filius, est relatio; ergo non terminus. 3 in creatis filius nõ filiatione, sed ratione naturæ singularis est terminus generationis; ergo in diuinis, vt hic Deus. 4 filius non est tertia entitas distincta ab essẽtia, & filiatione, sed est filiatio in natura Dei subsistens; ergo natura aut proprietas est terminus. 5 Pater in creatis potest esse ad plures filios; ergo & in Deo, ergo non terminus adæquatus filius. Sequela, potentia ex filii generatione non minuitur. 6 vis generandi in Deo, etiam cum voluntate; ergo potest esse ad plures, & non terminus adæquatus. 7 idem actus intelligendi, & amandi ad plura obiecta etiam possibilia, est maximè perfectionis; ergo & idem actus generãdi potest esse ad plures, nec adæquate vnius filii. Sequela; vt habitudo actus operatiui ad obiectum, ita productiui ad terminum. 8 ad coloss. 1. primogenitus omnis creaturæ, ergo cũ respectu ad alium, nec adæquatè.

Ad 1 filius maximè substantia, si nõ absolutus à termino; à subiecto. 2 refertur, relatione non inhærente, subsistente. Ad 2 est relatio nõ prædicamentalis, inhærens; subsistens realiter idem essentiæ. Ad 3 filiatio in creatis est inhærens, aduenit supposito iam constituto; in Deo subsistẽs, formaliter constituit. Ad 4 si non dicit vnum per modum totius physici; dicit vnum formaliter ex natura rei distinctum, vt constitutum à constitutiuis. vnum non compositum; sed simplex ex actu & actu; quidditatiuo, & hypostatico, quorum vnum infinitum est idem alteri. Ad 5 in creatis dat partem substantiæ; 2 vnus terminus est in produci, alter in esse producto; in Deo semper possidet terminum, & est permanẽs. 3 quæ distat ab actu; in Deo semper sub actu. 4 in nobis sub potentia contradictionis; in Deo sub voluntate complacentiæ; filius dilectionis suæ. Ad 6 voluntas, & libertas nõ vt principium elicitiuum; vel contradictionis: sed complacentiæ. 2 Voluntas communicandi; nõ libertas non agendi. Ad 7 possibilia ad obiectum secundarium filij generatio in obiecto primario. 2 cognitio ad obiectum extra Deum, generatio ad intra, spectat ad esse Dei. 3 ad extra creatura nõ

adæ-

adæquat esse potentiæ; ad intra filius adæquatus memoriæ Patris. Ad 8 primogenitus non relatione ad secundo genitum; negatione alterius geniti. 2 primogenitus, ac Vnigenitus; etiã Christus primogenitus Virginis, exclusione alterius prius geniti. 3 ordine ad creaturas, quæ adoptione filij Dei.

DE PRODVCTIONE Filij, vt Verbum est.

TITVLVS XVI.

An Verbum mentis creatæ sit species; obiectum cognitum; aliquid productum per intellectionẽ, vel ipsa met notitia per dictionem, & locutionẽ intellectus. 1.

VErbum quod foris sonat, est signum Verbi, quod intus manet; August. 15. Trinit. c. 10. & 25. hinc verbum mentis, nisi per Verbum oris intelligi nequit. Verbum vocale est, quod à dicente, seù loquente profertur, vt signũ alicuius rei: duo enim importat; est effectus a dicente, seù loquente product', locutionis terminus vt calor terminus calefactionis; & est signum rei, nam habet rationem signi eius rei, cuius est Verbum. Ad dicentem seu loquẽtem habet relationem realẽ, quæ est effectus ad causam, & est ipsa processio a dicente, seu loquente; & relationem rationis ad rem signatam; nam verbum oris est signum, & ipsius rei verbum; sic vox perfecta est verbum oris à loquente, & dicente; & signat rem, August. ser. Io. Bap. vox index cogitationis. Arist. 1. per hier. voces signa eorum, quæ sunt in anima. Verbum mentis est actus intelligentiæ productus à memoria perfecta, nõ habens esse sine actuali intellectione; repræsentans verbum diuinum. 5 d. 27 q. 1. & hæc descriptio ex Aug. quod sit actus intelligentiæ, 10. de trinit. cap. 11. memoriæ respondet mens, intelligentiæ notitia, & verbum, voluntati amor; si amor est voluntatis perfectio, ita verbum intellectus actu intelligentis perfectio & actus. Quod sit notitia genita a memoria perfecta, & fœcunda, 15. trinit. c. 26. verbum nostrum de nostra scientia memorabili, hoc est de nostra memoria; & Anselm. monol. c. 26. Verbum cogitatio de memoria facta. Quod nõ sine actuali cognitione, 15. de Trinit. c. 15. Verbum nostrum nõ potest esse sempiternum, quia cogitatio nostra nec sempiterna; ergo intellectu non intelligente, nõ est verbum. Quod repræsentatiuum Verbi diuini, 9. Trinit. c. vlt. Mens, verbum, & amor, trinitatẽ increatæ similitudinem gerit; & ibi ex similitudine verbi nostri inuestigat Verbi Dei naturã. Homo factus ad imaginem, & similitudinẽ Dei; in anima est aliquid repræsentans Patrem, memoriam perfectã; Filium, vt est Verbum; Spiritum sanctum, amor voluntate productus. Si ergo Verbum est effectus productus à memoria & mente fæcunda; & in mente

hæc

hæc sunt; species præcedēs actū intelligendi: obiectum cognitū. ipsa cognitio; aliquid notitia ꝑductum, & expressum.

Dico. Verbum nostræ mentis non est species; non obiectū cognitum; nō terminus productus intellectione; Sed ipsamet notitia & intellectio producta à memoria per actum dicendi; ita vt dictio, & intellectio se habent, vt effectio, & effectus; vt actio, & terminus actionis; vt productio, & productum. Ex Scoto 1. d. 27. q. 1. E. dist. 2. q. 7. quodl. 1. V. 15. ad vltim.

Quod non sit species; est contra Ægidium; quodlib. 3. species, quæ in intelligentia est verbum; nam à specie in memoria est species in intelligentia; quæ prior actu intelligendi est verbum. Probatur; 1 species est in actu primo; Verbum est productum, & actu secundo. 2 memoria, & intelligentia, vt receptiua specierū idē sunt; ergo si est alia species in memoria, à specie in intelligentia; duo numero accidentia eiusdem speciei in eodem. 3 in intelligentia non est species; sed est ipsamet species expressa, & imago obiecti. 4 hæc species non perfectius repræsentat obiectum, quā illa quæ est in memoria; ergo superflua. Sequela, vnius obiecti vnum sufficit præsentatiuum perfectum. Antec. August. 15. trinit. c 13. nihil plus est in prole, & intelligentia; quam in parente, seu memoria; ergo non plus repræsentat. 5 habens habitum, & speciē in memoria est sufficiens principiū actiuum actus, operationis, & effectus, ac in potentia propinqua ad agendum. 6 si alia species, ergo alia noua forma absoluta prior operatione, vltra speciem quæ est in memoria. 6 omne agēs cū sola specie in memoria est in actu primo perfecto ad agendū, nec noua forma, sed tantum in potentia accidentali, non essentiali, & remota, ergo non ad aliā speciem.

Quod verbum non sit obiectū cognitum; vt Petrus Aureolus, & Nicolaus Boneti. Prob. obiectū nec in esse reali, nec in esse cognito potest esse verbum; Assumptum; verbū est aliquid vere productum à memoria; obiectum secundum se non est productum à memoria, & intellectu, ergo nō verbum; verbum est intra mentem, & intellectum, obiectū extra intellectum, ergo non verbū. Nec in esse cognito; nam verbum est effectus per se productus à memoria; obiectum in esse cognito non producitur per se; nam esse cognitum est ens rationis, nullius productionis terminus, respectus extrinsecus, qui sequitur actum intellectus, vel ex ipso relinquitur; ex hoc quod video obiectum, sequitur esse visum; non tamen productum per visionem, at verbum est vere productum. 2 verbum est productū ab intellectu, obiectum non producitur intellectu. 3 obiectum est pars memoriæ productricis, ergo non verbum productum.

Quod verbum non sit terminus productus intellectione. est con-

contra Thomistas 1. p. q. 34. art. 1. ad 2. q. 27. art. 1. Probatur. intellectio non est actio productiua termini. *Assumptum*; nam diceret ordinem essentialem, & intrinsecum ad Verbum; vt calefactio ad calorem; nec posset concipi intellectio, sine termino producto per eam; at concipimus, & habemus intellectionem, absque eo quod recordemur aliquid per eã produci. 2 intellectio est actio immanens, & vltimus terminus potentiæ; ergo non actio productiua Verbi mentis. Antec. ex 10. eth c. 9. q. met. 16. actio transiens, cuius est terminus extra productus, vt edificatio in eo quod edificatur, & actus texendi in eo quod texitur inest; at immanens, cuius præter operatum, non aliud est opus, vt visio in vidente, contẽplatio in contemplante, Vita in anima. ℞. Caiet. transiens necessario, & semper habet productũ; immanens non per se necessario, imo si habet aliquãdo productũ, ordinatur ad actionem, Verbum enim producimus, vt intelligamus Capreolus, transiens producit opus in subiecto distincto, immanens in potentia operante. C. actio immanens est actus vltimus potentiæ, & præter opus nil est amplius; vt visio nil plus est vltra a potentia visiua; ergo nil omnino producitur per actionem immanentem. 2 per se immanens est actus vltimus, nec habet productum, & transiens habet terminum; ergo per se Verbum mẽtis non est ab intellectione, quæ est immanens. 3 intellectio non est nisi subiectiuè in agente; sed actio quæ producit, & habet terminum non est in agente, vt volunt Thomistæ, sed in re quæ fit; ergo intellectio non producit ℞. habitus fit ex actibus etiam immanentibus, ideo producunt. C. actus producit habitum, non vt actio, sed vt principium quo agendi, vt calor ignis respectu caloris in ligno; ergo nõ potest habere productum, vt actio de genere actionis; Sequela, actio immanens, vt omnis qualitas potest habere effectum, cuius est principium quo, sed non terminum, vt est actio, quia est qualitas. 2 habitus intenditur per actus, & manet quod præexistit. 3 habitus, & dispositio possunt esse eadem essentia, & idem absolutum. 4 actus est à potẽtia, vt & habitus, & fortè distinguntur, vt actus imperfectus, & perfectus. Contra Capreolũ; *Arist.* ex hoc quod actio habet terminum, & opus, dicit esse in re quæ fit; vt edificatio in re, quæ edificatur; actio cuius nõ est opus, nec habet terminum, est in operante, vt visio in vidẽte; ergo intellectio, non habet terminum. 2 per actum cognitionis tantum obiectum habet esse cognitum; & naturam huius actus sequitur aliqua habitudo, quæ sit ad obiectum, & est sola relatio rationis. 3 intellectio transit quidẽ in obiectum, vt in terminum, at non accipit esse per ipsam; & potest dici actio, per Verbum actiuum, & actus secundus; at non, ad formam inductam aliã ab ipsa operatione. 4 intellectio actus vlti-

Vltimus,& perfectio vltima intellectus, & potentiæ 9. met. 16. 1. eth. c. 4. ergo non habet productum; secus non esset vltimus. ℞. vltimus, non quia nil sit ea vlterius, sed si habet opus est propter eã; verbum est propter intellectionem. C. Aristot. ait, non est aliud opus præter operationem; ergo operatio est terminus, nec aliud inducitur, vel educitur; vt visio in vidente, cuius nõ est alius terminus. 2 si verbum producimus, vt intelligamus, ergo intellectio sequitur verbum productum, & non est actio productiua verbi; nam actio præcedit terminum productum. 3 elicere, & producere cognitionem, non est ipsa cognitio; sed causatio illius; ergo cognitio quæ est producta, non est productio, ergo verbum non est productũ per cognitionem; secus cognitio producta haberet productum; & sic processus. 4 in intellectu post intellectionem, & cognitionem nil habemus, ergo non est terminus vlterior. 5 intellectio est forma, & qualitas absoluta, res producta; ergo terminus dictionis, & locutionis mentis; ergo per actionem productiuam, elicitiuam, & causatiuam est verbum, & non per intellectionem, quæ est res causata, & producta. Sequela; dicere, elicere, causare intellectionem, non est intellectio, sed productio illius; vt calefactio est productio caloris, non calor; elicere visionẽ, est productio visionis non visio. Respondent intellectio, vt dictio est productiua verbi. C. actio immanens non est vnum per se; si includit absolutum, & relationẽ; productionem, & productum esse. 2 est vna in genere qualitatis, ergo nõ actionis, & passionis; 3 actio, vt dictio, quæ est suo modo transmutatio, & ad terminum capientem esse, non est vltima perfectio operantis; ergo non intellectio. 4 agens actione de genere actionis non est simpliciter perfectus per illam; sed tendit in perfectionem; ergo dictio non est intellectio, qua perficitur intellectus absolutè. 5 qualitates spirituales siue in esse quieto, vt habitus; siue in fieri vt operationes; conueniunt cum actione, quia pendent à causa; respiciunt terminum, & obiectum; at non producunt terminum; ergo non est productio intellectio, quæ est immanens; sed actus secundus, operatio, & qualitas.

Quod Verbum sit ipsa intellectio actualis producta, & genita à memoria perfecta per actum dicendi, & locutionem mentis. Probatur. ex August. 9. trinit. c. 7. cõceptam rerum notitiam, tamquam verbum apud nos habemus. c. 10. quærit, an omnis notitia sit verbum, an solum amata notitia; ergo supponit verbum esse notitiam. c. 12. Imago trinitatis mens, & notitia, quæ est proles, ac verbum eius; & amor. 15. trinit. c. 16. formata cogitatio de eo, quod scimus verbum est. 2 ad rationem verbi sufficit, quod sit proles genita à memoria, expressiua parentis; sed intellectio, & cognitio exprimit, quod manet

in memoria; ergo ipsa non verbum. 3 intellectio est actus à memoria fœcunda productus, quia gignitur per dictionem, non habens esse sine cognitione, quia est ipsa formalis cognitio; & repræsentat Verbum diuinum; nam est notitia genita à memoria, sicut verbum diuinum à Patre per memoriam. 4 verbum non est terminus productus per intellectionē, quæ est qualitas, non actio productiua; & qualitas actu est terminans actionem, quam significat dicere, & elicere, seu producere intellectionem; ergo verbū est intellectio producta per actū dicendi. 5 Verbum dicit relationem ad dicentem, seu producti ad memoriam producentem; & declarantis ad obiectum, quod exprimit; primum est reale, secūdum rationis; sed nihil habet rationem producti, nisi notitia expressa; nihil producentis nisi memoria; nihil productionis nisi dictio, & locutio; ergo verbum est notitia producta à memoria per actum dicendi. 6 qualitas producta supponit actionē productiuā. intellectio est qualitas producta; ergo dictio, & elicitio est productiua. ℞ intellectio vt actio est à memoria, & productio; vt partus est terminus productus, & qualitas. 2 in fieri est actio, & productio, in facto esse qualitas Contra; forma inducta per motum, est alia ab actione, quæ est inductiua 2 forma quæ est terminus actionis est absoluta, actio est respectus, & habitudo ad terminū pductum, ergo non est ipsa formalitas intellectionis. 3 fieri, & produci intellectionem, non est esse intellectionem; sicut fieri calorem, non est esse caloris; sed causatio, & productio illius. 4 intellectio, si habet respectum ad memoriam, vt à qua producitur, & ad memoriam vt in qua inducitur, tamen vnica forma immanens est, quæ manet in agente; ergo nequit esse actio sui ipsius productiua; nec est causa sui ipsius sub alio respectu; nec respectus est ratio actiua; sed est habitudo, & ordo actiui ad passiuū. 5 absurdū, eumdē actum notitiæ formatæ esse productionē, & rē productam; fieri, & factum esse; terminum actionis, & actionem; motum, & formam.

Arguent. 1. ex August. 8. trinit. c. 6. Phantasia Carthaginis in memoria, est verbum carthaginis; sed phantasia est species in memoria; ergo verbum est species Ægid. 2 August. 15. trinit. c. 11. Verbum quod foris sonat, est signum verbi, quod intus manet; sed q̧ foris sonat, est signum non cognitionis, sed rei cognitæ; ergo est res cognita, nō cognitio. Minor; hoc verbum, homo est animal, esset falsum; nā cognitio hominis non est cognitio animalis; Aureol. 3 Verbum est productū per intellectionem; ergo non intellectio. Anteced. per intellectionem res intellecta est expressa in intellectu, & in actu secundo; ergo per eam est verbum. 4 verbū est proles genita à memoria. Aug 9. trinit. c. vlt. intellectio non est genita; ergo non est verbum Mi-

 nor

nor; intellectio est actio, actio nõ gignitur; sed qua aliud gignitur. 5 intellectio est actio vitalis de cuius rõne nõ est esse formã, & similitudinẽ expresã obiecti; sed expressiuã illius, ergo potius actio per quam producitur verbum. 6 Arist. 10 ethicor c. 3. operationes virtutis, & fælicitas qualitates nõ sunt; ergo intellectio, quæ est fælicitas, nõ est qualitas, sed actio 7 in nulla specie qualitatis; non habitus, quia in fieri, non dispositio, quia ad nil disponit; non potentia, & impotẽtia, quia act⁹; Non passio, & passibilis qualitas, quæ sunt corporee; nec forma, & figura, q̃ in quantitate; ergo actus. 8 Arist. 9. met. 16. actio est immanens, & transiens; vtraque habet terminum, in agente, aut in passo. 9. intelligere est pati. 3 de anim. ergo non qualitas. 10 verbum est ab intellectu; ergo ab intellectione; quod enim est ab intellectu, intellectio est. Ad 1 Phantasma Carthaginis est verbum effectiuè non formaliter: nam verbum est à memoria, quæ includit intellectum, & obiectum, vel vices eius, vt phantasma, species. 2 phantasia formata, & expressa etiam dici potest notitia producta; non species tantum, q̃ etiam in dormiente. Ad 2 est signũ conceptus vt à quo emanat; est signũ rei, ad q̃ signandam ponitur. 2 verbum foris, est signũ verbi intra, quod exprimit rem, & obiectum, ideo dicit notitiam, & rem cuius est; nam est expressio obiecti; & notitia est vt medium ad rẽ, ideo veritas verbi est ex rebus. Ad 3 intellectione res est expressa, nõ causaliter, & effectiuè; sed formaliter nam ipsa intellectio est expressio, actus secundus, & perfectio vltima intellectus. 2 intellectione res nõ se habet ad actum secundũ; est in actu secundo, & vitali operatione. 3 in actu primo res, seipsa est præsens intellectui; vel per sui speciem. Ad 4 est actio immanens, subiectiuè in intellectu; non transiens productiua termini, est quæ gignitur; nõ qua aliud gignitur. 2 actiones immanantes animæ sunt verè qualitates; vt visio, intellectio actus secũdus, qualitas, similitudo obiecti: potest tamẽ dici actio, quia transit in obiectum, vt in terminum, non qui accipit esse per eam. Ad 5 intellectio, ac notitia est similitudo actualis, ac formalis obiecti: actio dicitur, secundum quod est elicere, & producere cognitionem. 2 cognitio exprimit formaliter; dictio causaliter, & vt actio. Ad 6 Arist. ibi de qualitate permanente, & in esse quieto: nam delectatio est vera qualitas, & in fieri. 2 ibi contra Platonem, qui dicebat sola qualitates dici bonas; Arist. aliquæ operationes virtutum bonæ, & non qualitates; vt actiones elicitiuæ operationum; vnde sumit operationem minus propriè; pro actione terminata ad operationẽ propriè. Ad 7 in prima specie, vbi omnes qualitates spirituales, siue in esse quieto, vt habitus; siue in fieri vt operationes, quæ sunt sub respectu tendentiæ in obiectum. Vel in tertia specie, sunt passiones spirituales,

tuales. *Arist.* de passionibus corporeis dat exépla, quia hę notiores. Ais operatio tendit in terminum, passio causatur in subiecto. ℟. passio, & spiritualis operatio conueniunt, quod vtraque est cũ fieri in subiecto; & hinc ad tertiã speciem qualitatis. Ad 8 actus immanens est actio, quia similis actioni propriæ, nõ quia vere actio; dum est in fieri pendet à causa, vt lumen à sole. habet terminum quem respicit, vt obiectum, at non producit illum, ideo non proprie actio. *Ais* intellectio, si non habet productum extra, habet in agente, ℟. quod habeat productũ est actio trãsiens, siue maneat, siue trãseat in externam materiam; hinc 9. met. vbi non aliud opus præter operationem est immanens. Ad 9 est pati, non quia in eo sit virtus actiua ad trãsmutare; nec trãsmutari, vel quod sit actio inductiua termini, vel eductiua de sui potentia passiua; sed quia intellectus intelligit, nõ vt illam causat, sed vt recipit; nõ causãdo sed recipiendo; nã intellectio est qualitas, esse intelligentem est esse quale, hoc potius in habendo, quam producendo; res alba, quia habet, non quia causat albedinẽ; Ais passio quæ etiam est consequens intellectionem, vt gaudium, tristitia. 2 si intellectio qualitas, Deus posset in me causare intellectionem, nihil me efficiente. & sic actio immanens nõ esset in agente ℟. ad 1 sũt passiones, seu passibiles qualitates, distinctæ: at in eadem specie subalterna cõueniunt, quia pendẽt à subiecto, imo ad cognitionem, & volitionẽ secũtur gaudiũ, & tristitia. Ad aliud si Deus in me produceret intellectionem, non esset intellectio in Deo producente sed in me agẽte per illã; nec actio immanẽs, q absolute sit in producente eam, sed in agente per eam; efficit intellectus agens, accipit, & intelligit possibilis. Ais in casu illa notitia esset verbum ℟. non esset à memoria, actione vitali; nec realem rationẽ ad dicentem haberet, vt verbum. Ad 10. quod est ab intellectu intellectio, vel productio, & elicitio illius, verbũ est intellectio pducta per dicere, elicere, & loqui mentaliter. 2. per intellectionem nõ habemus aliud produci, quia actus vltimus. per dictionem. Ais verbũ dicit relationem ad dicẽtem & loquentem; ergo est de genere ad aliquid; nõ qualitas, actus, & operatio immanens. ℟. vt est actus potẽtiæ, vniens potẽtiã suo obiecto, qualitas; vt est effectus, habens virtutem, & dependẽtiam à sua causa sic respectus; Petrus filius dicit ordinẽ ad Patrem, ergo relatiuum, quod est aliquid vltra relationẽ; intellectio habet relationem, termini ad dicentẽ; sed in se qualitas producta. 2 notitiæ est annexa relatio ad obiectũ; nõ tamẽ est relatio. 3 intellectio terminus pduct' est, ideo nec actio, nec relatio; terminus actionis, & relationis. 4 vltima perfectio substantiæ viuentis; vitam intellectualẽ est intellectio, operatio optima, finis, & fælicitas; ideo non relatio, quæ non propter se, sed

ꝓpter aliud; similitudo, & æqualitas appetitur propter virtutẽ, bonitatem, perfectionem.

Quæres; an q̃quis notitia actualis sit Verbum. Henricus quodl. 2. q. 6. illa, quæ est declaratiua sui obiecti C. notitia qua Pater se intelligit est notitia declaratiua, & tamen non est formaliter Verbum; nec Pater est formaliter intelligẽs aut sapiens Verbo. Alij Verbum est notitia actualis, quæ est inquisitionis terminus: nam Verbum est proles, & partus; partum, quia repertum; repertum quia inquisitum, ergo verbum inquisitionis terminus. C. Deus non haberet verbum de se. Nec Angeli Verbũ de naturaliter notis. Nec Beati verbum de essentia Dei; Nec habens perfectum habitum scientiæ posset habere verbũ; hec omnia habẽtur sine inquisitione. ℞ Scotus; quælibet notitia genita, ac producta per memoriam est Verbum: Nam est proles, est expressiua parentis; sufficit rationi verbi vt sit proles genita à memoria 2 Verbum in diuinis est a Patre, non sic quod intellectus sit ratio gignendi Verbum vt intelligens: sed Pater, vt memoria perfecta. 1. d. 27. q. 2 F.

Quæres an verbum sit notitia cum amore. ℞. August. 9. trin. c. 9 rectè quæritur an omnis notitia sit Verbum, an tantum amata? ait, nouimus ea quæ odimus, & de ipsis verba formamus: odio sunt Vitia, sed notitia est Verbum nec displicet, sed placet; de ratione verbi non est gigni ex amore obiecti, nec ex amore verbi; non obiecti, odimus intẽperantiam, & notitia est Verbum; nõ verbi, intellectio prima in talis est Verbum, & actũ voluntatis præcedit. Ais Aug. 15. trinit. c. 15. Verbum est notitia cum amore. ℞. non quia amor habeat causalitatem super Verbo; nam Verbum est terminus dictionis, in cuius ratione formali nil ad voluntatem pertinens includitur: imo in Deo Verbũ est notitia expressa ex memoria Patris, nullo volũtatis actu, vt causa, aut principio: At in nobis quod voluntas sit causa ꝓductionis Verbi, est ex imperfectione, quia non statim intellectus noster perfectã notitiam assequi potest, ad ipsum inquirendum ex amore eius mouemur; sic Verbum ꝑfectũ in nobis est ex amore notitia, non quia amor sit causa: sed quia imperat Voluntas. In Deo verbum est perfectum ex natura sua; Pater volens producit Verbum, non vt causa inperans; sed quia primo signo intelligit, & vult; essentia cognita, & volita tam in se, quam vt communicãda præsupponitur generationi; & actus quo vult productionẽ Verbi, præsupponitur actui productionis Verbi; & primo signo intelligit, & diligit essentiam; secũdo producit Verbum; hinc verbũ Dei est amore notitia; nõ vt causa & principium sit amori; sed quia, præit amor essentiæ, & comitatur; ideo voluntate antecedente & comitante, seu consequente; essentia vt communicandi filio, & productio filij est præuolita, & amata. Ais Verbum si præuolitũ, esset

esset in fieri, & in potētia. ℟. Verbum fieri, vt ipsum fieri sit propria gignitio Verbi; aut sit propria inquisitio præcedens gignitionem, quā inquisitionē August. vocat cogitationem volubilem, hæc ponit imperfectionē ex parte Verbi, & nouitatē, & in intellectu imperfectam causalitatem; sic Verbum Dei non est in fieri; at primo modo nō est imperfectio esse sēper, & gigni sine inquisitione præuia. 2 Verbum nostrum præexigit, quia confusa distinctā notitiam præcedit; at Verbū Dei si cognitio, & volitio præit, non vt causa, nec vt principiū, nec vt inquisitio, aut process' ab imperfecto ad perfectum: sed quia Pater est perfecte intelligens, & volens, antequam Verbum producat; nec indigentia intellectionis producit Verbū; nec indigentia Verbi elicit intellectionē: sed vt perfectus in esse, ita in operari; & fœcundus in producere.

An Verbum diuinum producatur per actum dicendi, ab actu intelligendi distinctum. 2.

Imago Trinitatis mens nostra, & vt Verbum nostrum, est proles mentis, ita Verbū Dei est proles memoriæ Patris. Verbum vocale, quod ore est prolatum; & proferens, & loquens dicit Verbū; prolatio, locutio est dictio, seu productio Verbi. Verbum mentis quod ab intellectu realiter producitur; prolatio, dictio, productio appellatur; dicere est loqui, proferre, exprimere, seu producere; Verbum quod foris sonat, signum Verbi, quid intus manet, August. dicere non est forma absoluta, seu qualitas; sed relatio proferentis, dicentis, & producentis ad Verbum prolatum, expressum, dictum, & productum. Ex his quæ sensus nouit, surgamus ad incognita, quæ Deus nouit. Intellectus creatus producit ex indigentia, vt vitaliter operetur, & intellectione perficiatur; intellectus Dei non vt intelligat, sed plenitudine perfectionis est fœcundus, & productiuus notitiæ genitæ, quæ est Patri adæquata in esse, & communicatur illi. Hinc in Deo intelligere est operari, actus essentialis, communis, pfectio simpliciter, & p intelligitur in Patre ante productionem, vt omnis alia perfectio absoluta. Imo nec in diuinis, nec in humanis, intelligere, & velle sunt actiones de genere actionis; sed dicere seu intellectionem producere; & spirare, seu amorem elicere; Intellectio ergo est qualitas siue in esse quieto, vt habitus, siue in fieri, vt vitales operationes, quæ extra se non habent operatum; sed actus vltimi; productio verò, elicitio, & eductio intellectionis est ipsa actio productiua; Cum hoc discrimine, quod creatura prius concipitur dicens, quam intelligens, nam intelligit formaliter intellectione producta p dictionē; Deus autem ex se, & à se est formaliter in seipso intelligens, & non per Verbum; nec Deus Verbum producit vt intelligat, sed ex fœcunditate memoriæ Patris. sic no-

notitia in Deo essentialis, ingenita, communis tribus, est improducta, nec habet rationē Verbi, sed est perfectio intrinseca Dei, & præsupponitur in Patre, antequam producat; notionalis vero notitia est ipsa persona Verbi producta à memoria Patris, vt à principio, per actum dicendi, qui est productio, ordo, habitudo, & relatio Patris producentis ad Verbum productum. Intellectio ingenita, & essentialis, nō est verè actio, sed operatio, act⁹ immanens, similis actioni; in hoc quod pendet in fieri ab intellectu; transit in obiectum; at nō pducit terminum; dictio, seù productio pendet à memoria; respicit essentiam, vt obiectum; & pducit terminum Verbū. Nos pducimus Verbum mentis, vt intelligamus, nec intellectus intelligit nisi per Verbum. At in Deo intellectus Patris præhabet intellectionem essentialē, qua intelligit; nec verbum pōt esse forma, qua intelligat: sed est persona subsistēs incōmunicabilis; nec producit Verbum vt intelligat; sed ex perfectione memoriæ, quæ vt fœcunda est in operari; ita ad producere notitiam genitam, quæ essētiam exprimit, & declarat, & est adæquata in esse, & terminus pductionis per intellectum.

Dico. Productio Verbi est actio intellectus, non quæ intellectio: sed dictio formaliter à parte rei distincta; nec Verbum producitur actu intelligendi; sed dicendi formaliter distincto 1. d. 2. q 7. Q. intelligere est operari Patris, non producere. d. 3. q. 5. Y. nec in diuinis, nec in humanis intelligere, & velle sunt actus de genere actionis, sed dicere, & spirare. d. 27. q. 1. & 2. d. 8. q 4. Q. 4. d. 46. q. 3. C. quodlib. I. V. quodl. S. X & alibi

Probatur. Productio, seù generatio Verbi in Deo est per actum intellectus; at intellectio non est formaliter productio, sed dictio; ergo verbum est per actum dicēdi, non per actum intelligendi. Minor; intellectio est actus immanens, & extra personam cuius est, non habet productum; ergo dictio, & generatio non est formaliter intellectio. Ant. Arist. 9. met. 16. actus immanens vltra opus nihil amplius, & in eo est cuius est. vt visio in vidēte, contemplatio in cōtēplante; ergo intellectio nō habet productū. Thom 1. p. q. 31. ar. 1. ad 2. intelligere, & amare sunt actus immanentes in agētibus, transeunt tantum in obiecta; ergo nō habent productū; 2 perfectio vltima intellectus, non est relatio, ordo, & respectus intellectio perfectio intellectus, ergo non actio, & respectus ad terminum. 3 actio sui natura est vt alteri perfectionē communicet; intellectio intelligentem cōstituit; ergo non alterius termini. 4 actio est ad terminum simpliciter, nec sine illo intelligi potest; intellectio est vltimus actus, trāsit tantū in obiectum, quod præsupponit. 5 intelligere formaliter commune tribus, non distinguit realiter, nec constituit personaliter. Respondent Thomistæ; intelligere essentiale; non notionale.

c. actus

c. actus essentialis non est formalissimè notionalis; ergo actus intelligẽdi nõ est formalissimè actus dicẽdi; sed *illa*, quo intelligit; iste quo Pater producit. 2 vt virtute, aut actu distincti; vnus à parte rei absolutus, alter respectiuus; vnus perfectio Patris, & beatitudo; alter dictio, & realis productio; vnus respicit obiectum; alter terminum productum; ergo intellectio non est dictio. Sequela; intelligere respicit essentiam, vt obiectum, & est trium personarum; dicere respicit Verbum productum, & est tantum Patris.

2 Probatur, Pater intellectione formaliter fit intelligens, nõ verbum pducens; ergo non est principium, quo pducendi, nec formalis productio. Antec. Pater est intelligens independenter à productione verbi; nã perfecte beatus, prius origine, quam generet filium; nam beatitudo essentialis in actibus intelligendi, & volẽdi vltimate consistit. Nec producit verbum ex indigentia intelligẽdi vt sit intelligens; secus ex productione filii perfectionem expectaret, quam per illam filio communicaret. ℞ Suarez intellectione Pater fit primo formaliter intelligẽs: inde etiam principiatiue producens, & principium communicandi pfectionem. C. intellectio non est verbum producens, vt intellectio; nec vt infinita intellectio; ergo intellectio nõ producit verbum. Antec. In nobis potentia est quæ intellectionem producit; nec intelligere est causa, vel ratio dicendi, faciẽs ad esse termini, sed vltima perfectio; nec vt infinita; quia intellectus in actu primo est ad productionem. non in actu secundo; nã intellectio constituit intelligẽtem. 2 intellectio in Deo p modũ formalisimi actus supponitur ab intellectu distincta, vt actus à potentia. 3 ordo est inter intelligere, & dicere in Deo respectu memoriæ Patris; nõ vt intelligere, vt causa, vt principium dicendi; sed immediate à memoria Patris est intelligere, & dicere; nec vt sit ordo causalis inter illa: sed effectuum ad idem principium à quo, immediati⁹ est vnus, quam alter. vt sol plures partes medii illuminat pars prior non est causa formalis luminis alterius, vtraque immediate à sole. Ignis calefacit, & ignit, ille supponitur nõ causa, vt effectus prior. causa ad duos effectus, essentialior cooperatio effectuum ad causam, quam vnius effectus ad alium; nã dependentia est effectuum ad causam; non vnius ad alium; hæc excludunt medium in ratione causæ, non vt effectus immediationis; sic intelligere, & dicere ordinem habent in Deo, nõ durationis, sed naturæ; non causæ ad effectũ, sed effectuum ex vno, & eodem principio.

3 Probatur. Pater prius origine seu natura est perfectè beatus, q̃ generet filium: sed perfectè beat⁹ non sine actu intelligendi, ergo prius naturaliter actus intelligẽdi, quã dicendi; ergo actus intelligendi, nõ est actus dicendi, sed distinctus. 2 essentialia quæ perfectionem simpliciter respectu essen-

essentiæ dicunt, sunt immediatiora notionalibus. actus intelligendi essentialis, ergo non est actus dicēdi notionalis. 3 quæ spectant ad Deum vt vnus, naturaliter supponitur ijs, quæ spectāt ad Deum vt trinus; nam Trinitas in vnitate radicatum; relationes ab essentia pululant; & est hæc, & in vltima actualitate. 4 ratio operādi est simpliciter prior ratione producēdi verbū non est productū ex indigentia. 5 actus intelligendi non est principiū formale, quo Pater producit, vt calor in igne, qui calefacit; nec formaliter est actus, productiuus vt calefactio, ergo nec ordinem habent causalitatis nec vnum est aliud; Antecedens intelligere est actus intelligentiæ, producere est actus memoriæ; illa actus vltimus constituens formaliter Patrem intelligentem, & beatum, dictio est productio, illa respicit essentiam vt obiectum. hec respicicit filiū, vt productū. 6 Pater non producit vt operetur, & intelligat, quia nō indigentia; nec intelligit vt producat, quia operatio vitalis est vltima ꝑfectio, ergo vnum non est aliud 7 ordo naturalis præsuppositionis est, vt in Deo intellectus sit prius operatiuus, quam productiuus; naturaliter prius beatus in se quam generet; ergo ordo vnius effectus ad alium respectu eiusdē memoriæ ex qua emanat. 8 intelligere ex ratione sua operari Patris, nō producere; ergo distincti sunt actus. Antecedens operatio in quantum operatio, non est productio; nam operatio vt operatio est perfectio, & finis potentiæ operantis: productio, vt productio habet terminum, extra essentiam producētis; ergo actu quo pater formaliter intelligit, nō producit. 9 Idem actus intelligēdi omnino indistinctus, productiuus, & non productiuus habet terminum productum, & non habet terminum. Respondent vt idem intellectus in Patre productiuus nō est in filio; ita intellectio, vt in Patre producit non vt in filio; C. intellectus vt in Patre cum intellectione terminata ad essentiam præcedit productionem filij; ergo intellectio non est productiua. 2 idem intellectus potest esse spirans, & producens sed non idem actus est operandi, & producendi; nā intellectus est potentia vt indifferēs, actus emanat determinatus. 3 eadē memoria, & intellectus vt in Patre, nō est productiuus verbi, & nō productiuus verbi; ergo nec idem actus intelligendi indistinctus est productiuus, & non productiu'. 4 intellectio vt in Patre non hēt terminum, quia naturali intelligentia præintelligitur ꝑductioni; ergo non est productio. Antec. actus intelligendi sua ratione formali est essentialis, dictio notionalis, ergo præintelligitur. 5 Pater vt hic Deus, per se subsistens, præintelligitur intelligens, & volens ante verbi productionem; ergo productio non est intellectio. 6 intellectio perfectio absoluta; sed omnis perfectio intrinseca producentis, qui communicat suam naturam, præsupponitur

nitur in producẽte, actui quo producit, vt naturam communicet producto; ergo actus intelligẽdi p̄supponitur actui dicendi. 7 Pater toto actu, quo producit verbum, qui est actus dicendi distinguitur a verbo, ergo actus nec est intelligere, nec formaliter illum includit. Sequela; Pater non distinguitur per intelligere; vt enim vnũ, & idẽ esse trium, ita idẽ sapere, & intelligere, Aug. 7. trinit. c. 7. Antec. actus quo Pater ꝓducit simplex, indiuisus; ergo toto actu est à filio distinctus. 8 filius eadem proprietate filius, quo Verbum. Aug. 17. trinit. c. 1. eo verbũ quo filius, & eo filius quo verbũ. ergo eadẽ ꝓprietate est productio, & generatio, seu dictio; sed generatio est relatio Patris ad filiũ; ergo dictio; ergo nõ est intelligere. nã in oĩbus personæ sunt vnũ, p̄ter ingenerationẽ, generationem, & spirationẽ, Dam. lib. 1. c. 1. ergo generatio, & ꝓductio nõ est intelligere, nec per intelligere in quo personæ sunt vnũ. ℞ intelligere vt sub relatione ad verbum distinguit. c. Pater nõ vt intelligit, sed vt hẽt essentiã sibi præsẽtẽ in rõne intelligibilis generat; ergo in quantũ intelligens est sub relatione ad verbũ. Antec. memoria magis rep̄sentat Patrẽ, quã intelligẽtia; ergo in quantũ hẽt memoriã fæcundã, non sub rõne intelligẽtiæ. 2 intelligentia nullo modo spectat ad productionẽ filii, nec vt causa, nec vt principium formale; Antec. principiũ est memoria, seu intellectus cum essentia; actus est ꝓductio, & communicatio essentiæ, nõ cognitio essentiæ, ergo nõ est cognitio sub relatione. 3 cognitio nõ est relatio ad terminũ productũ, sed actus in Deo absolutus. 4 potẽtia seu causa q̃ ad duos effect' ordinatè se hẽt, quorũ neuter aliũ ꝓducit, si nõ est in potẽtia ꝓximã ad actũ posteriorẽ nisi vt subest priori; nõ tñ vnũ est causa alterius; vt anima simul principiũ intelligẽdi, & volẽdi, si actum volendi nõ hẽt nisi habito actu intelligẽdi tamẽ actus intelligendi nõ causat actũ volendi; ergo si intellectus Patris respicit intelligere, & ꝓducere; tñ intelligere non est nota causæ respectu productionis; sed tantũ p̄suppositio intellectionis, respectu ꝓductionis. 5 Pater prius intelligit, & diligit essentiam non modo absolute, sed vti communicanda filio, & spiritui sancto, ergo vt nota præsuppositionis, & specificatiuè Pater intelligens essentiam producit filium; non vt nota ꝓductionis, & reduplicatiuè. 6 si per impossibile Pater non intelligeret adhuc diceret; nec implicat à priori prius ꝓducere, q̃ intelligere; vt in natura creata; nam dicimus, vt intelligamus. 7 actus intelligendi Patris est immanens, non ordinatur ad terminũ. 8 etiam volens Pater generat; esto volũtas, nec volitio generet; ergo Pater intelligens generat; tamẽ intelligere non est generare: sed dicere.

Arguent. Caiet. Bannes, Torres, & Thomistæ 1 Aug. 5 trinit. c. 13. verbum est visio de visione; ergo cognitio est ratio gignendi verbum.

bum 2 verbũ ꝓductum, est notitia genita; ergo cognitio est actiua ꝓductio. 3 productio verbi est actus intellectus, ergo intellectio. sequela, omnis actus intellectus est intellectio; vt omnis actus potẽtiæ visiuæ visio. 4 vni potentiç vnicus actus. 2 de anim. ergo intellectus vnicus actus intelligẽdi, qui & dicendi. 5. si verbum produceretur per dicere, & nõ intelligere; Pater æternus si per impossibile non intelligeret, adhuc diceret; at qui nihil intelligit nihil dicit. Sequela, causa, q̃ est ad duos effectus, quorum vnũ non est causa alterius, vno sublato remanet dependentia alterius ad causam. 6 Verbum est intellectionis terminus, vt calor calefactionis. 7 Pater in quantũ intelligit seipsum, ꝓducit filium, nã intelligens hoc ipso quod intelligit aliquid ꝓducit; ergo per intellectionẽ. Ad 1. August. est visio de visione habitu, pro actu primo; quia actus memoriæ Patris. 2 quia expressum de intellectu Paterno, ab essẽntia, & obiecto p̃sente. 3 qa notitia appropriatur verbo; non tamen est notitia qua Pater intelligit; sed notitia genitá. 4 visio, nõ q̃ est perfectio Patris, sed subsistens, & genita. Ad 2 est notitia genita, quia per actum memoriæ Patris, q̃ dicit non essẽntiã, sed intellectum cum essẽntia; nam si vt essẽntia, non magis per actũ memoriæ; q̃ per actũ voluntatis. 2 notitia genita ab actu ꝓductiuo intellectus, nõ ab actu operatiuo, qui est actus intelligendi. 3 est notitia genita, non qua Pater intelligat in verbo producto; sed quia per memoriã, in qua intelligentia Patris est prior. Ad 3. actus intellectus productiuus, non operatiuus. 2 actus non qui est notitia, perfectio Patris, sed quo cõmunicatur filio essẽntia, notitia, & omnia q̃ hẽt Pater. 3 non omnis actus intellectus est intellectio, sed vltimus; productio intellectionis, & elicitio, est actio intellectus, sed non intellectio; vt productio visionis, non est visio, sed actio ad illam. Ad 4 vnus actus q̃ perfectio intellectus vltima. 2 vt in nobis pro actione est prolatio verbi; pro qualitate verbum productum; in Patre actus quo fit intelligens; dictio qua verbum exprimit. 3 vnus actus, & perfectio q̃ est qualitas; ad quam est actio. Ais in nobis dictio est ad intelligere; Deus prius intelligit, quam dicat, & generet. ℞ quia notitia in nobis est accidens productũ; est adueniens; non res, & perfectio ingenita, & essentialis, vt in Deo. 2 quia productio verbi in nobis, & dictio est indigentia intellectionis, nil aliud: in Deo fœcunditas naturæ; ideo actus quo intelligit; non est actio, qua communicat esse. Ad 5 dicere, & intelligere in Deo sunt duo effectus quorum neuter est causa alterius in nobis tantum intellectio est effectus dictionis, quia productio est ex indigentia intelligẽdi; ideo qui nihil dicit, nihil intelligit. 2 si Pater æternus nõ intelligeret, adhuc diceret; quia habitudo intellectus ad operari non est ad ꝓducere. Ad 6 est terminus actio-

nis

nis intellectus, non quæ est intellectio, & vt qualitas; sed quæ est dictio, & pductio. 2 inter intelligere, & dicere in Deo est ordo nō causalitatis vnius ab alio; sed p̄suppositionis vnius ad aliud; ideo intelligere præsupponitur ad pducere. Ad 7 in quantum intelligens pducit; nō est vera in sensu causali, & reduplicatiuè, sed specificatiue, & ordine p̄suppositionis. 2 quia causa, vel quasi causa; q̄ ad duos actus ordinatè se hēt, quorum neuter alium producit, non est in potentia proxima ad actum posteriorē, nisi vt subest priori; memoria fœcunda Patris est ad operari immediatè, & ad pducere, prius realiter operatur, & immediatius, quam producat; prius perfectè intelligens, & volens, quam generet.

Arguēt amplius Vasquez, Suarez, Albertin. Becanus; eo ipso, quo intellectus dicit; vere & propriè loquitur; mentaliter loqui, est intelligere ei⁹ quod profertur, ergo dicere est intelligere. Minor nemo loquitur aut dicit, nisi q cognoscit, & intelligit. 2 dictio vocis corporea est formaliter locutio corporea; ergo dictio mētis est formaliter locutio mentis, & intellectio. 3 Aug. 9. trin. c. vlt. Verbum est actus intelligentiæ, ergo ab actu intelligendi pductū. 4 essentia vt essentia in Patre radix principii generādi; ergo intellectus principium proximum; at intellectus Dei seipso est act⁹ vltimus, non alio distincto; quia non est potentia ad intelligere; ergo produci intellectu, idem est ac actu intelligere. 5 si nō recte actus intelligendi in Deo est actio, saltem vt principium cōcipi debet. 6 non repugnat actui intelligendi, vt sit forma actiua, & principium quo; nam generat habitum, & vlteriorem actum eiusdem rōnis. 7 terminus vniuocus est notitia genita, ergo eiusdem generis cum actu intelligendi; nā duo actus supponunt duas potētias. 8 non sunt duo actus secundi memoriæ Patris, ergo nec distincti. Antec. actus intelligendi vere nōn emanat, nec est product⁹; ergo est saltem vt actus primus, cuius est actus dicendi. 9 Patres semper dicunt, Patrem intelligendo se, & suam essentiam dicere Verbum. August. 15. trin. c. 14. Verbū Dei de Patris scientia natum. Anselm. monol. c. 14. idem summo spiritui scire, q intelligere, ac dicere. Fulgent. l. 3. ad monimum c. 7 cum mens verbum apud se habet, vtique cogitando habet. 10 Pater producit Verbum, quia intellectualis per essentiā, & perfecte intelligens; ergo vt actu intelligens. 11 nisi actus intelligendi, & volendi per se concurrerent ad productiones, sed tant ū supponerentur ad illas, eadē ratione possent supponi non min⁹ ad duas, tres, quatuor, & plures; nam duæ productiones, quia duo actus, intellectus, & voluntatis. 12 dicere formaliter est notitiam in se habere; vel rem intellectam exprimere, & declarare. Assumptum, dum ore loquimur, nō dicimus verbum, sed rem conceptā verbo declaramus. Demum, Va-

entinus damnatus ab August. de hæresibus c. 11. verbum à Patre per modum relationis procedere; ergo non rectè per dictionem, quæ est relatio.

Ad 1 dicere est habitudo realis gignentis ad genitum; & declarãtis ad rem declaratam; primum notionale, secundum essentiale; primo Pater dicit verbum, secundo dicit verbo. mens nostra loquitur verbum cũ ꝑducit, & formaliter dicit; loquitur verbo, cũ verbo producto rem quam intelligit, & de qua loquitur declarat; mentaliter loqui est intelligere eius, ꝙ ꝑfertur, prout verbo producto res exprimitur, & declaratur; non formaliter pro vt producitur verbum. vel est intelligere in esse producto, nõ in produci, in facto esse nõ fieri. 3. in Deo intelligere est operari, nec Pater eget verbo vt intelligat; dicitur sapere verbo sumpto essentialiter pro notitia ingenita; notionaliter appropriatè, quia verbum est notitia Patris, quatenus proles intellectus. Ad 2 dicere propriè, & loqui, est producere terminus locutionis est expressio & rei intellectæ declaratio, & verbum. 2 dicere duas importat relationes realem ad verbum dictum, & rationis ad rem per verbum declaratam; pro formali, & in recto dictio est relatio realis loquentis ad verbum dictum; in obliquo se extendit ad declarandum rem; nam verbum notitia genita realiter à memoria ordinata ad declarandum obiectum latens in ea; Quod verbo Dei appropriatè conuenit, quia proles est, & productio per intellectum. Ais loqui mentaliter est formaliter intelligere. ℞ formaliter est productio intellectionis, effectiuè est intelligere, vt loqui in habitu est speciem impressam causare; in actu est actum intelligendi producere; non formaliter intellectio. Ad 3 actus intelligentiæ nõ principiatiuè, & causaliter ex intelligentia productum: sed formaliter, qa ipsa notitia producta est verbum. 2 August. ait verbũ esse actum formalẽ intelligentiæ principiatiue ex memoria, formata cogitatio verbum est, 15 trinit. c. 10. 24. 4 actus intelligendi præexigit intellectũ cuius est, in actu primo est potẽtia per modũ principii à qua actus intelligendi sine causalitate, & simplici pullulatione emanat: non passiua receptione. Ad 5 est vt actus, & operatio; non principium, & vt actus primus; Ais in nobis principiũ verbi est actus primus, species cum potetia; ℞ noster intellectus producit indigentia, & verbo fit intelligẽs; vt Pater perfectione operationis est intelligens; fœcunditate est producens; ideo intelligẽtia nõ est productio; vt nec operatio est actio productiua. Ad 6 si habitus in nobis est forma actiua, nõ vt potentia vitalis quæ semper viuenti est idem; nec generatio habitus est actio vitalis cõiuncta principio viuẽti; sicut est productio intellectionis. Ais actus est causa alterius actus. ℞ non vt potentia: sed ad modum obiecti; cuius est declaratiuus, vt effectus

prior

prior ad aliũ effectum. Ad 7 eiusdem rationis principiatiuè, quia ab eadem momoria; non terminatiuè, vnius est quasi produci alterius vere producti; vnus absolutus, alter relatiuus; vnus in tribus, alter incommunicabilis; vnus operationis, alter fœcunditatis; ex vnitate principii non infertur vnitas termini. Ad 8 nõ emanat reali emanatione, quæ est ꝓductio; sed vt perfectio à sua essentia, vt actus à potentia, vt operatio à suo principio. 2 Vnus actus vnius generis, aut qualitas, aut actio; actus alterius rõnis nõ distingunt potentias; vnus q est perfectio intellectus, quo fit intelligens, dictio quo verbum exprimit. Ad 9 intelligendo ꝓducit Pater; locutio non facit ordinem causalem; sed naturalis præsuppositionis. vel est nota exigentiæ duplicis fœcunditatis, operatricis, & productricis, vel quia necessario prius intelligit. Ad August. de Patris scientia in habitu, q̃ est memoria. vel de scientia, q̃ ꝓexigitur; non quæ sit formalis ꝓductio; vel dicere, & intelligere nõ in sensu formali, sed materialiter apꝓpriatè, & idẽticè. Ad Anselm. idem re, non formaliter. vel dicere sumi solet vt essentiale, sic est intelligere commune tribus, & oĩa declarat scibilia; sic monol. c. 63. Pater, filius, & spiritus sanct⁹ sunt vnum dicens; vel si dicere sumitur notionaliter est scire, & intelligere appropriatè. Ad Fulgent. Verbum cogitando habet formaliter, quia ipsa formata cogitatio est Verbum; non causaliter. 1 Verbum nostrum, ꝙ informat mentẽ seipsum exprimit, & illud de quo loquitur; at in Deo verbũ non est Patri ratio, & forma intelligendi; nec obiectũ motiuũ intelligentiæ: sed quia filius hẽt eandem notitiam q̃ Pater; & quia intelligit se, & omnia ꝑ verbum ꝑfectissime se exprimit, & declarat. Ais etiam spiritus sanctus seipsum, & oĩa intelligit vt Pater, & verbum; ergo verbo sapit. R. si sapere sumitur essentialiter; 2 spiritus sanctus notitiã nõ cõmunicat, ideo non seipsum verbo intelligit. Vel verbo apꝓpriatè, quia est sapientia Patris genita ꝑ intellectum. vel actus intelligentiæ, nõ causalitater ex notitia ꝓductum; formaliter, quia notitia genita ꝑ intellectũ, si non qua Pater sapit, & ratio sciendi; sed quæ est termin⁹ fecunditatis intellectus. Ais fœcũditas intellectus est ipsa sciẽtia. R. scientia, q̃ est operatio immanens; at fœcunditas, q̃ productio in Deo est ad verbum subsistens, ꝙ adequat in esse Patrem. Ais cognitio, qua seipsum Pater intelligit est adequata intellectui Patris. R. vt perfectio, & actus intellectus: verbum vt persona, & terminus productus. Ad 10 intellectualitas ꝓ natura, & potentia formaliter intellectiua; non pro actu formali intelligendi, quasi intelligere sit producere. 2 actu intelligens ꝑducit, nõ sensu formali; materiali, apꝓpriatè identicè. 3 Pater vt intelligens ꝑducit verbum, est vera specificatiuè; nõ reduplicatiuè. Ad 11 intensiuè, & extensiuè vnico termino producto æquan-

æquantur in esse. 2 non ex actib' immanentibus duæ ꝓductiones: sed formaliter seipsis elicitiuè ab intellectu, & voluntate; manifestatiuè ex terminis. Ad 12 dicere propriè est ꝓducere; latè est exprimere, rem intellectu declarare. 2 dicere verbum duas importat relationes, realem dicentis ad verbum dictum; & rōnis ad rem verbo declaratam, nam verbum nostrum est notitia genita realiter à memoria, ordinata ad declarādum obiectum latens in ea; ꝙ verbo Dei appropriatè conuenit, quia intellectu ꝓductū: ideo Pater dicit se verbo, quia verbū ꝓducit, ꝙ Patrem declarat, ita vt in recto sit notionale, in obliquo essentiale. vel vt notat intelligere, ꝙ verbo communicat; sic in recto est essentiale, in obliquo notionale. Ad vltimū aliud verbum ꝓducere ꝑ modum relationis; aliud productionem esse originem, dictionem, & relationem Patris dicentis ad verbum. *Valētinus* relationem construxit cū principio substantiuè accepto; nos relationem dicimus habitudinem personæ originantis ad ꝑsonam genitam. Ille Patrē generare paternitate; nos memoria fæcunda. ille filium procedentem esse relationem; nos personā subsistentem, & Deum. 2 adhuc intellectio, q̄ vt notionalis ponitur à Thomistis productio est ad terminum, vt relatio; nec verbū procedit per modum relationis. 3 ordo Patris ad filium est relatio; at Pater, & filius sunt personæ subsistētes, relationē habētes.

An verbum productū sit à Patre ex cognitione essentiæ, personarū, creaturarū possibiliū, rerū futurarū, et omniū q̄ sunt in scientia Dei. 3.

Verbum Dei productū à memoria fæcunda Patris formaliter actu dicēdi; nō cognitione vt principio, nec vt actione productiua. nam principium producendi verbum, est memoria, non cognitio, quæ nō principiū agendi, potius actus, & perfectio agentis. Nec vt actio productiua; quia cognitio essentialis, productio notionalis, cognitio perfectio intellectus, productio habet productum extra intellectū, cognitio vltimus actus potentiæ operantis, & qualitas productio est actio, emanatio, & fæcūditas memoriæ; cognitio respicit essentiam, vt obiectum; dictio, & productio essentiam vt terminum formalē communicationis. Ad productionē verbi cognitio non spectat; sed memoria quæ est intellectus cum essētia in ratione obiecti, non actualis cognitionis: sed communicationis non vt obiecti intellecti, obiecti tantum vt intelligibilis. Cū quæritur; *An* verbū producatur ex cognitione essentiæ, personarum creaturarum, & omniū quæ sunt in *Deo*; non est sensus Scotistis, si ex cognitione vt principio, vt origine, vt causa, quasi causa, aut actu productiuo; nec præpositio ex est nota causalis, aut formalis aut principii; nam in productione

ne Verbi cognitio non est principiũ, nec actio: sed est nota præsuppositionis, naturalis præintelligentiæ, & ordinis; quia essentialia immediatiora essẽtiæ; & in Patre productio Verbi præsupponit notitiã distinctã; intellectus Dei prius operatiuus, quam productiuus; prius habet notitiam cognitam, quam productam, nõ ordine temporis, sed naturæ; non quæ sint signa, quorum vnum est ante, aliud post: sed quorũ vnum præsupponitur, & naturali ordine præintelligitur; & in producẽte præsupponitur; sic cognitio, & amor essentiæ p̃supponitur verbi productioni, nec ordo rõnis, aut naturæ repugnat Deo ad intra. In diuinis enim possũt duo ordines concipi 2. d. 1. q. 1. naturæ, & originis; primo ordine naturæ est intellectus, & voluntas ad suũ mobiectum, quod est essentia; ad alia obiecta secundo instanti naturæ. In primo, est Pater, memoria pfecta, & omnia requisita ad productionem verbi, & verbũ adæquate producit, & voluntas amorem; sic primo instãti naturæ habetur totus ordo personarum, tota pfectio est intelligendi, & volẽdo essentiam. In secundo signo naturæ intellectus, & voluntas comparantur ad obiecta secundaria, quæ non sunt in memoria, vt memoria est: sed prius natura intelligentia est in tribus psonis, quam creaturæ habeant esse cognitum; & iste ordo non est originatio personæ diuinæ simpliciter, sed consequens personas iam productus, pōt esse ordo secundum quid, sicut inter Socratem, & Platonem est ordo in habendo humanitatem, & in habendo risibilitatem; verbum infinitum est essentiæ: sed quod sit creaturæ est in eo instanti naturæ in quo Pater producit, & cognoscit lapidem, & creaturas in esse possibili, & intelligibili; filius similiter: sed Pater habet à se, filius a Patre. Ideo intellectus, & voluntas, primo signo sunt ad essentiam, vt obiectum primum simpliciter infinitum, ad cognitionẽ & dilectionem sui, ad gignitionẽ verbi, & productionem Spiritus sancti; quam ad cognitionẽ creaturæ possibilẽ, vel futuram. imo prius ad cognitionẽ essẽtiæ absolutam, ingenitam, & improductam, & ad eius dilectionem infinitam; quam ad productionem Verbi, aut Spiritus sancti; quia prior est cognitio essẽtialium, quam notionalium; immediatiora Deo essentialia, quam notionalia; prius origine Pater perfectè beatus, intelligens, & volens; quam generet, & cum filio spiret. Quia ergo essentia, essentialia, personæ, notionalia pertinẽt ad cognitionem Dei ad intra, & formaliter in Deo. Et obiecta secũdaria, esse cognitum possibilium, futurorum, sed creaturæ possibiles, & futuræ spectant ad intellectum Dei. Quæritur an Verbum, quod ex Thomistis procedit à cognitione cõpræhensiua Dei. & Scotistis supponit cognitionẽ Patris compræhensiuam; sit ex cognitione solius essẽtiæ; an etiam personarum; imo creaturarum.

rarum possibilium,& futurorum.

Dico. Verbum procedit, ex p̄supposita cognitione compræhẽsiua,& intuitiua solius essentiæ,& personarum; non creaturarum possibilium; aut rerum futurarũ. Quod ex cognitione essentiæ est omnium,& Scoti. 2.d.1.q.1.ar.2. quodl.14.quod ex notitia personarum, & notionalium est contra Bassol.Radam,Fabrum,Vigerium.Quod non ex notitia creaturarum possibilium,contra Thomistas; Suarez, Vasquez, Molinam; quod non futurorum, & existentium, contra aliquos ex Thomistis.

Probatur primum ex præsupposita notitia essentiæ. 1 essentialia præsupponuntur notionalibus; ergo actus intelligendi essentiam præcedit in memoria Patris actum dicendi. 2 Pater est perfectè beatus, antequam generet; ergo ex cognitione, & amore essentiæ. 3 cognitio essentiæ est perfectissima, & verè infinita; ergo si cognitione perfectissima ad essentiam terminata esset cõpræhensiua. Sequela;est adæquatio intellectus ad obiectum intelligibile; Aug.5.confess.Beatus qui te,& illa nouit, sed non beatior propter illa, ergo compræhensiua cognitio.4 essentia prius mouet,&terminat ad sui cognitionẽ quam aliorum, ergo si ex cognitione,maximè essentiæ. 5 ratio essentiæ est omnium prima,natura is,summe necessaria,ab obiecto Infinito,adæquata intellectui; ergo si præsupponitur, cognitio essentiæ præsupponitur. 6 memoria est intellectus cum essentia; ergo primus actus intellect', qui præsupponitur est circa essentiam.

Probatur 2 ex cognitione notionalium, & p̄sonarum. arduum videtur Scotistis; at non Vulpio. Scotus 2.d.1.q.1.art.2. ex cognitione obiecti primarii, personæ pertinent ad obiectum primarium ad intra; si 1. d. 1. q. 2. art. 2. personas dicit obiectum quasi secundariũ beatæ visionis; id quia personalitas nõ est ratio simpliciter beatificans. Imo quodlib. 16. H. Ad primum ordinem naturæ spectat essentia, & totus ordo originis, quo sunt personæ diuinæ. 1. d.6.art.2.Pater generat filium volens;& litt.E essentia cognita, & volita in primo signo tum in se, quam vt communicanda. & volens essentiam communicare Pater generat filium. Ibid. Pater sibi complacet in productione filii, non tantum voluntate sequente, sed antecedente, vt præcedit actum generationis.d.10.in fine; primo signo originis anteq̃ intelligatur Spiritus sanctus spirari Pater,& filius cognoscũt spiritum sanctum intuitiuè,licet nõ existentem in se: nam essentia est ratio cognoscẽdi; vt tota trinitas cognoscit creaturas antequã sint in esse; ergo intuitiue, vt producendas, antequam concipiantur vt productæ. d. 32. Verbum nec principaliter,nec concomitanter esse Verbum creaturarum,primo solius essentiæ,concomitanter p̄sonarum.quodl.1.actus intelligẽdi,& volendi tam formaliter, q̃ obic-

obiectiuè præcedit actum dicendi, & spirandi. Ratio. Pater actu essentiali intelligendi, & volendi est pfectè intelligens, anteq̃ personæ concipiantur productæ; sed cognitio essentiæ, & sui est ad oẽs pprietates intrinsecas, & cõmunicabilitatem; q̃ nequit concipi sine termino; ergo Pater cognoscens essentiam, & communicabilitatẽ sui attingit terminũ, verbum, & spiritum sanctum, etiam vt prius, q̃ sint in re. 2 Pater intelligens, & volens generat; & sibi complacet in pductione filii, nõ tantum voluntate sequente, sed volens vt præcedit actum generationis filii; ergo vt intelligere præcedit dicere, ita cognitio dictionis præcedit dictionẽ. 3 Pater in illo priori attingit quicquid in ea formaliter; ergo non tantum attributa, sed infinitatem, & cõmunicationem ad personas. 4 attingit fœcunditatem intellectus, & voluntatis ad generandum, & spirandũ, ergo psonas terminãtes intrinsece fœcunditatem. 5 oĩa essentialia ad intra pcedunt notionalia; actus intelligendi, & amandi personas sunt essentialia, ergo pcedunt actum dicendi, & spirandi. 6 emanatio personarum in Deo ad primum ordinem naturæ spectat; obiectũ secundariũ est omne creabile; nam personæ per se includũt essentiã, & relationes: ergo radicaliter, & per identitatem includunt naturam, ergo non est diuersa habitudo intellectus diuini ad essentiam, & psonas, vt ad creaturas. 7 si personæ habent rõnem obiecti quasi secundarii, quatenus põt dici perfectio visionis in intellectu creato absque psonis; nam attingeret infinitum in genere entis; tñ per identitatem spectant ad obiectũ primarium; & earum visio per se spectat ad beatitudinem, vt nisi Trinitatis. 8 primũ obiectũ motiuũ est tãtum essentia, personæ quasi secundariũ, quia ab eis nõ pendet essentialiter actus visionis motiuè, sed solũ terminatiuè; at creaturæ nec motiuè, nec terminatiuè; personæ solum motiuè non pertinent ad obiectũ primariũ; nã virtute essentiæ, non relationum; nam actus potentiæ est habens obiectũ primum à quo essentialiter pendet. 9 põt esse existentia visionis intuitiuè personæ, priꝰ q̃ existat persona, ergo si Deus cognoscens, & intelligens generat filiũ; põt pduci ex cognitione intuitiua filii, antequam intelligatur esse filius. Antec. potest Deus intueri creaturas prius duratione, q̃ existant, cur non personas prius rõne, vel origine, quam sint; 10 creaturæ possunt repræsentari in essentia, q̃ eminentiori modo continentur, quam personalitates; ergo multo magis possunt præintelligi personalitates, & fœcunditates, ex compræhensione essentiæ. Sequela, non eminẽter, sed formaliter sunt in essentia, anteq̃ personæ cõcipiantur esse; sũt virtualiter in essentia formaliter sumpta, & per productionem insurgunt; ipsa est ratio continens oĩa notionalia, radix, fundamẽtum, origo, fons vnde emanãt, & formaliter pululant, ergo pductio

tio

ctio verbi est ex notitia essentiæ, & psonarum; si non existentium in seipsis formaliter, tamen in essentia, sicut cognitio creaturarũ est intuitiua, vt præcedit creaturam. 1.d. 10.q.1 ad vlt.

Arguunt. Tataretus Bassolius Vigerius, Rada, Faber 1 non abstractiua cognitione, nec intuitiua; ergo ex notitia psonarũ præsupposita non pcedit verbum. Antec. abstractiua nõ est in Deo, & imperfecta & maximè ad intra, nec intuitiuã q̃ est rei existentis. 2 personæ diuinæ nõ cõtinentur eminenter in essentia, vt possint in ea concipi, & esse ratio cognoscendi psonas, vt creaturas. 3 Pater non pducit filiũ ex cognitione sui; ergo nec ex notitia filii, & spiritus sancti. Antec. non põt se cognoscere nisi cognito filio ad quem est; ergo primo signo non habetur cognitio Patris, nec filii. Item id ex quo Verbum pducitur est aliquo modo principiũ, ergo Pater principium sui ipsius 4 id ex quo aliquid pducitur p̃suppo-nitur pducto; nam cognitio intuitiua est rei existentis, & præsẽtis in seipsa; ergo si verbũ ex verbo generatur esset anteq̃ esset. 5 quia Verbum pcedit ex notitia essentiæ, essentia principiũ illius vt quo; ergo si ex notitia verbi, verbum principium sui. 6 terminus intuitiuæ cognitionis est naturaliter prior cognitione; sed psonæ non sunt antequam producantur; ergo non cognitæ. 7 actus intelligẽdi Patris primus ad essentiam; ergo sola essentia primum obiectum. 8 si de notitia sui ergo prius ideatus, quam pduct'; prius esse cognitum verbi, q̃ verbum secundum quid, q̃ esse reale. 9 Pater prius beatus, q̃ generet; nec personæ pertinent ad obiectum primarium diuinæ visionis; ergo ex scientia solius essentiæ, & prius q̃ personas attingat, 1 d. q.2.10 Scot. 2.d.1.q.1. arguit contra Thom. Pater non tantum nouit creaturas formaliter, sed nouit filium formaliter; ergo si de omnibus notis Patri, de seipso Patri p̃cognito gigneretur Verbum. Ad 1 est intuitiua ad personam non existentẽ in se, in essentia, q̃ est ratio continens oĩa notionalia, & virtute repsentat. 2 si essentia mouet ad notitiam possibilium, quæ continet tantum eminenter anteq̃ intelligãtur existere, cur non ad notitiam personarum, quas continet fundamẽtaliter, & radicaliter; imo virtute, quia ex ea pululant, & emanãt, emanatione rõnis, cum fundamento in re. Ad 2 si non sunt eminenter, vt effectus in causa; sunt virtute, quia in essentia cõtinentur, & per productionem insurgunt, & ipsa est principium, & terminus communicationis formalis. 2 Pater generat filium voluntate, & cognitione antecedẽte, quia prius intelligit, & diligit essentiam, tam secundum quidditatem, q̃ secundum relatiuam proprietatem; idem intuitiuẽ cognoscit. Ad 3 ex cognitione sui, & filii, non vt actu productiuo; nec vt principium; sic seipsum gigneret Pater; & verbum esset antequam genitum esset: sed ex

co-

cognitione præsupposita; q̃ naturaliter est terminata ad filiũ virtute essentiæ, in qua radicaliter continetur. Ad 4 p̃supponitur vt cognitum in essentia, ex qua per communicationem emanat. est virtute in essẽtia formaliter sumpta. Ad 5 essentia p modũ obiecti, non solum motiuum; sed primario terminatiuum, & constituit memoriam, tam principii operatiui, q̃ productiui: at persona terminus productionis, & obiectum terminatiuum cognitionis. Ad 6 intuitiua immediata excludens tam medium cognoscẽdi, q̃ medium cognitum; hæc est immediata à ratione cognoscẽdi. 2 est personarum existentium nõ in seipsis formaliter, sed in essentia; vt cognitio creaturarum intuitiua, vt pcedit creaturas. Ais, ergo de personis virtute eminẽtioris. R̃ non eminentia; sed perfecta est continentia ad intra. 2 intuitiua in essentia, q̃ virtute; non eminenter vt causa superior. Ad 7 ad essentiam, vt communicabile filio. 2 ad personas, vt obiectum si non motiuum, terminatiuum; nam existentia essentiæ comprehensa, etiam personæ, vt termini communicabilitatis attingitur. Ad 8 idea, non vt ratio in mente Dei, secundum q̃ aliqd fit extra Deum; sed p re cognita prius rõne, q̃ pducatur in eadem natura. 2 quia ex præuia cognitione producit; non irrationabiliter, & cæco modo. Ais si prius est esse cognitũ verbi, ergo creatum. R̃ esse cognitum in pducente eadem natura, & de sua substantia; non ex nihilo extra Deũ, vt esse creaturæ. 2 vt potest esse prior existentia visionis, q̃ rei visæ, põt existentia visionis intuitiuæ personæ, quam persona. Ad 9 actu beatifico attingit nõ in seipsis: sed in essentia; nec propria virtute principiant, & mouent tantum terminant. 2 ex scientia solius essentiæ est adæquatio, & comprænensiue ex esse personali verbi, & relatiuo, tantum terminatio; & concomitanter pertinent ad beatitudinem; hinc posset videri essentia, & frui absque personis. Ad 10 ratio Scoti est contra Thomistas; si verbum est ex notitia essentiali, vt ex ratione producendi, vel actu productiuo; idem esset principium sui: at nos non de seipso; sed p̃supposita cognitione sui; nec actus quo pducitur verbum est actus cognoscendi, sed dicendi; ideo nec est verbum sui; nec est verbum Patris vt illum intelligit, sed dicit.

Probatur 3. pars; Verbum non produci ex notitia creaturarum possibilium, contra Thom. 1. pri' naturaliter est motio ad primum obiectum, & ad terminum simpliciter infinitum; q̃ ad secundum obiectum, & terminum finitum; sed motio ad productionem verbi est ad primum obiectum simpliciter infinitum; ad cognitionẽ possibilium est ad terminum finitum, vel finitum in infinitũ; ergo motio ad pductionem verbi præexigitur cognitioni creaturarum possibilium Maior; infinitum simpliciter non põt præexigere finitum, primum obiectũ

non præexigit secundum; ergo prius essentia est præsens intellectui, quam aliquid aliud. Minor primum obiectum est essentia cũ omnibus ex natura rei, & per identitatem, vt attributa, & relationes; secundum obiectum sunt possibilia, & futura; nam ad primum obiectum attinent, q̃ continent esse Dei in se; secundum, q̃ respiciunt omne aliud à Deo; ergo pductio personarum in esse pcedit notitiã possibiliũ, q̃ sunt ad aliud; quod non est Deus; nam esse possibile Deus non est. Item intellectus in tribus pducit, seu attingit creaturas in esse possibili, & cognito; ergo necessario pductio verbi pcedit cognitionem possibilium, & creaturarum; nam productio intrinseca, & ad intra, pcedit quemcunq; respectum ad extra, etiam aptitudinis. ℞ Suarez non dari instans in quo actus sit ad essentiam, & non ad possibilia quia comphensio, est etiam possibilium q̃ continentur in illa. 2 est necessaria connexio, nã vnum continetur in alio, vt effectus in causa; spectat ad comphensionẽ obiecti primarii esse omniũ intelligibilium. C. obiectum simpliciter infinitũ prius naturaliter mouet, q̃ ad terminum finitum, nec infinitum in sui rõne præexigit finitũ; ergo nec pductio verbi cognitionem possibilis creaturæ. 2 actus ad obiectum, & motio ad terminum infinitum, commensurata sunt in esse, & operari, ergo nullam habent necessariam cõnexionem cum termino finito. 3 nulla est in Deo realitas necessario coexigens aliud à se; nam infinitum in perfectione non coexigit, & penitus est independens à quolibet finito in quantum tale. 4 actus intelligendi compræhẽsiuus non postulat terminari ad possibilia quia nullam hẽt habitudinẽ necessariam ad finitum. Assumptum; perfecta cõpræhensio esset, & adæquata commensuratio entitatis potentiæ, & obiecti; actus cognoscendi, & potentiæ, inter obiectum potentiæ, & actum eius. 5 esse cognitum, & possibile creaturæ, non est esse formale Dei; quia non est ens à se, & ex se & omnino independens, ergo supponit esse necessarium, & personas, quæ sunt necesse esse. 6 cognitio essẽtiæ præcisis creaturis, & possibilibus, perfectissima est; & nihil intensiuè, aut extensiuè addunt diuinæ bonitati; nec aliquid intelligibilitatis, & entitatis addunt diuinæ cognitioni. Assũptum; essẽtia infinitum intelligibile, cum intellectu infinito; omnibus aliis obiectis per possibile, vel impossibile seclusis; ergo infinitam parit notitiam, & compræhensionem.

Probatur 2 possibilia non tantæ necessitatis in Deo sunt, quantæ Verbum est; ergo possibilia supponunt necessitatem essendi verbi. Sequela; necessitas essendi posterioris supponit necessitatẽ essendi prioris; sed necessitas essendi Verbi est necessitas essendi Dei, necessitas possibilium est necessitas essendi à verbo participata; ergo esse possibilium supponit esse verbi; ergo verbum nõ

ex

ex notitia possibiliũ. *Antec.* possibilia non tantæ necessitatis in *Deo* sunt, vt eis simpliciter repugnet non esse; verbum tantæ necessitatis est; vt simpliciter impossibile sit non esse; ergo non tantæ necessitatis, quantæ verbum, ergo verbum non est ex possibilibus. possibilia, & quidditates sunt secundum participationem necessariæ; dependent à Deo; non sunt ex se formaliter entia necessaria; ergo ex possibilibus non est verbum prioris necessitatis. Verbum intrinsecè tantę necessitatis vt sĩ pliciter repugnet esse indifferens ad esse, & non esse; possibilia non tantę necessitatis vt eis repugnet non esse; ergo verbum non est ex possibilib⁹. Respondent in ordine ad existere, possibilia non habẽt necessitatẽ essendi; at in Deo sũt necesse esse. C. possibilia, vt in Deo non tantæ necessitatis sunt quantæ verbum est; ergo necessitas essendi verbi prioris, non est ex possibilibus, quibus inest dependẽtia, & necessitas essendi posterior. Antec. possibilia, & quidditates creabiles in Deo, nõ tãtæ necessitatis sunt, vt actus purissimi, & increabiles; sed in potentia obiectiua, & aptæ natæ creari; Verbũ actus purus, vt nec creatum, nec aptum creari; ergo ex possibilibus, & notitia ipsorum minus necessaria, non est verbum summe necessariũ. 2 notitia Dei intrinsecè tanta necessitate ad verbum est, sine quo essentialiter, & notionaliter Deus nõ est; notitia *Dei* ad possibilia non tantæ necessitatis, sine quibus Deus non esset; ergo verbum Dei non est ex necessitate posibiliũ. *Antec.* possibilia non tantæ necessitatis in *Deo* sunt, vt sine ipsis intrinsecè *Deus* non esset; verbum tãtæ necessitatis, vt sine eo intrinsecè De' notionaliter non est. 3 quia *Deus* est, possibilia sunt, non è contra, quia possibilia sunt, Deus est; ergo esse Dei, & verbi prius natura, à quo non conuertitur subsistendi consequentia. 4 possibilia non tantæ necessitatis vt non dicant dependentiam in *Deo*, verbum tantæ necessitatis, vt simpliciter impossibile sit dependere; ergo ex possibilibus dependentibus, nõ est necessitas essendi verbi. 5 possibilia, & quidditates vel nullum esse actuale habent, & sũt in potẽtia causæ, & sic in esse actuali dependent à *Deo* vt efficiẽte, vel habent esse actuale reale essentiæ ab æterno; & dependent in genere causæ exemplaris; possibilia ergo à Deo, non Deus, & verbũ ex possibilibus. 6 sunt imago, & participatio Dei; ergo nõ existente Deo, & verbo repugnat esse possibile. 7 verbum ita necessitatis, vt formalissimè necessitatis est Deus; possibilia nõ necessitatis intrinsecè, & vt *Deus* in se; sed ad creabilia; ergo non ex possibilib⁹ verbum *Dei*. ℞ vt sũt in *Deo*, & in actu comphensiuo Dei, necessario sunt inclusa. C. põt Deus possibilia velle nõ esse, non existere, scientia visionis nõ cognoscere, nec amare; verbum non põt Deus velle non esse, & nõ existere, nec eius existentiam nõ videre, nec amare; ergo in *Deo* inti-

intimioris, & prioris necessitatis est verbum; ergo non ex possibilibus. 2 possibilia non tanta necessitate cognoscibilia, & diligibilia sunt; quanta diligibile, & cognoscibile est verbum; ergo notitia ex qua procedit verbum, nō est ex possibilibus. Antec; possibilia ita Deus diligit, vt possit eorum existentiā non diligere; verbū tanta necessitate dilectū, vt nō possit non esse dilectum; ergo ex minori necessitate essendi, nō est necessitas essendi verbi. Sequela; notitia ex qua procedit verbum est naturalis, necessaria, intrinseca, & adæquata via, & origo ad verbum; ergo tātæ necessitatis quātæ est verbum. Probatur; quia notitia ex qua procedit verbum intrinsecè, & quidditatiue est ipsa productio verbi ex Thomistis; sed productū productione est quicquid est; ergo ex possibilius, q̄ nō sunt ita necesse esse, vt est verbū, non procedit verbum. Itē ex Scotistis; existentia Dei, & verbi maioris, & prioris necessitatis in Deo est, quam possibilia sint; ergo non ex notitia possibilium, q̄ posterior est, procedit verbū prius, & intimius, ac magis necessariū. Rursum existentia possibilium à parte rei necessario est a tribus, ergo necessario supponit trinitatem; & esse verbi. Anteced. à quo res est & existit, ab eodem, & in eodē possibilis est; à parte rei sūt à tribus; ergo possibilia sunt in tribus, Item illa eadem res, q̄ est in actu, pfuit in potentia; & qua rōne fuit possibilis, actu est, ergo à quo, & in quo est actu; ab eo, & in eo possibilis fuit, est à tribus, ergo possibilis in trib⁹, ergo supponit trinitatē. essentialiter actu est à tribus ergo in potentia pfuit in tribus; ergo non præsupponit trinitatem? Respondent res sunt à Deo vt vno, non vt trino. 2 in esse reali extrà a Deo trino specificatiuè, non redupplicatiue], at in cognosci in actu cōphensiuo Patris. C. cognitio essentiæ est cōphensiua, sine creaturis possibilibus, nec possibilia sunt ante verbum; ergo ex cōphensione non habetur necessitas verbi ex possibilibus. Antec. Deus intrinsecè sine possibilibus habet omnem perfectionē ex sua essentia; ergo sine possibilibus cōphensio. Sequela ad essentiam pcisè est notitia simpliciter infinita, sicut est Deus; ergo comprehensiua, & adæquata in esse, & cognosci pro vt est Deus in se; ergo à possibilibus non est cōphensio. 2 à Deo vt vno, quia vna causalitas in tribus, non quia causalitas, & possibilitas ad extra non supponat trinitatem, nam possibilia, & notitiā eorum, quæ essētialiter, & intrīsecè dicūt respectum ad extra, & ordinem saltem rationis ad creata, aut creabilia necessario supponūt trinitatem; nam ordo, & respectus ad extra supponit integre, & completè totum ordinem ad intra. Habitudo naturæ diuinæ ad tria diuina supposita, prior omni respectu ad extra. Intellectus in tribus pducit in esse cognito, & possibili creaturas; & voluntas in tribus in esse reali. Productio intrinseca, & necces-

cessaria, supponit respectum ad extra possibilium, qui ad terminum non existentem ex necessitate.

Probatur 3. creatura suum esse obiectiuum, & cognitum nō hēt à se, ex se, nec est prius cognitione; verbum secundum esse formale proprium est ens necessariũ & esse formale Dei; ergo esse verbi non est ex esse cognito creaturæ. Minor; esse cognitũ, & formale; vt ab essentia, & à Deo nō est esse formale Dei, nec ens ex se necesse; nec cognitio creaturæ, vt terminata ad creaturam, præsupponit creaturam; quia diuina cognitio non pendet à creatura; at cognitio creaturæ pendet ab esse Dei, & verbi; ergo esse verbi, & Dei, non præsupponit esse cognitum creaturæ. 2 esse obiectiuum lapidis, nō pcedit cognitionem lapidis, nec est alia actio p q̄ pducatur; ergo si creaturæ prius essent in esse cognito, quam verbum in esse reali; esse Dei esset ex aliquo esse creaturæ. 3 minus impossibile est non esse creaturas in esse intelligibili, quam non esse verbum; ergo subsequitur cognitio creaturæ productionē verbi. Sequela; creatura vtcunque cōcepta, & in quouis esse impfectior est, & posterior creatore; ergo vtcumque concepta, non pertinet ad productionem verbi conditoris. 4 quicquid intrinsecum est Deo siue absolutum, siue relatiuum, absolutum est à respectu ad creaturam in quouis esse siue reali, siue intelligibili. nā si per possibile, vel impossibile nil aliud esset à Deo, esset in Deo, quicquid sibi competit ad intra, tam essentiale, q̄ personale: creatura secūdum quodcumq; esse, necessario est posterior oī esse ad intra; ergo ad gignitionem verbi non pertinet. ℞ ex cognitione creaturarū oritur; non tñ pendet à creaturis, quia non sumit cognitionem ab eis. C. si de creaturis cognitis, ergo de ipsis vt obiectis nascitur; ergo esse creatoris ex præsupposito obiecto creaturæ. 2 essentia vere ob ectum ex quo verbum producitur; ergo si creatura vere obiectum eiusdem cognitionis, ex creatura pductio creatoris. ℞ non mouent, terminant. C. nec verbum de essentia, vt mouet, sed quia terminat. 2 si p impossibile non moueret, solum terminaret, adhuc verbum ex ea nasceretur. 3 ens simpliciter independens, & necesse esse prius saltim natura, q̄ secundum quid 4 vilesceret intellectus Dei, si moueretur à lapide ad intelligendum; ergo si à lapide vt obiecto gigneretur, & haberet esse. 5 non pōt dicere relationem realem ad creaturam; ergo non de creatura vt obiectũ; nam si cognitio in Deo est esse Dei; esse cognitum, vt est terminus, creatura non est esse Dei formale. ℞ est ex perfectione, & cōphensione, q̄ fit omnium intelligibilium in mente Patris. C. cognitio essentiæ non cognitis sic pcise creaturis perfectissima, & cōpræhensiua est; nam vt creaturæ nihil intensiue addũt diuinæ bonitati, nec aliquid intelligibilitati; nec Deus, & creatura perfectius

ens;

ens; nec perfectius intelligibile, q̃ Deus solus; Beatus qui te, & illa nouit; sed nō beatior ꝓpter illa, *August.* 5. confess. 2 diuina essentiæ est obiectum infinitum intẽsiuè, etiam si creaturæ non essent possibiles, secus Deus non esset pfectus, nec beatificaretur in cognitione, & amore essentiæ sine creaturis. 3 essentia infinitum intelligibile intensiuè cum intellectu infinito, omnibus aliis obiectis ꝑ possibile, vel impossibile, seclusis, infinitam parit notitiã, & comphensionem. 4 notitia ad terminum simpliciter infinitũ, prior q̃ motio ad terminum finitum; ad gignitionẽ Verbi est ad terminum infinitum; ad notitiam creaturæ, est ad terminum finitũ, ergo prior natura est ꝓductio Verbi, q̃ cognitio creaturæ. 5 diuina essentiæ in ratione obiecti intelligibilis, & mouentis, est sufficiens ad productionem notitiæ infinitæ; ergo superflua creatura in ratione obiecti. Antec. essentia pfectissimum intelligibile; intellectus infinitus, & obiectum infinitũ; nec diuina essentia, & creatura sunt perfectius obiectum, q̃ sola essẽtia; ergo sola essentia sufficit, nec Deus, & creatura sunt perfectius ens, q̃ Deus solus. 6 diuina essentia sine creatura sufficiens obiectum ad ꝓductionem amoris infiniti, & spiritus sancti; ergo ad productionem notitiæ, & verbi.

Probatur 4 si verbum ex notitia ōis intelligibilis, Spirit⁹ Sãctus ex amore omnis diligibilis; ergo Deus vel necessario amaret creaturas; vel spiritus sanctus nō esset ens necessarium vi suæ ꝓductionis; nam ꝑexigeret ens nō necessarium. ℞ Molina; amor respicit res amabiles in seipsis; verbum res ꝑcisè in intellectu. 2 cognitio iũcta comphensioni; amor liber nō necessario cognitioni naturali. ℞ Caet. vniformiter Verũ, de creatura cognita in Deo, & similiter in Deo dilecta: nō vt extra Deum cognitio respicit creaturas, vt in intellectu Dei, amor vt in seipsis. C. circa quoduis obiectum potest intellectus habere actum, potest voluntas; ergo tam cognitio, quã amor tendunt in obiectum, aut existẽs, aut ꝑcognitum, & ꝑuolitum. 2 cognitio abstractiua, & voluntas desiderii possunt tendere in rem extra; vt intellectus intuitiuè, & amor rei possessæ est in obiectum prę sens; ergo eadẽ ratio. 3 pōt Deus creaturas nō diligere, vt sunt in seipso; non diligit Iudam; nec diligit malum, quod cognoscit. C. 2. Pater volens generat; ergo absoluta necessitate diligit ꝓductionem; & quicquid ꝑcognoscitur ante ꝓductionem, ergo ex amore necessario creaturarum. C. Caetan. voluntas necessario hẽt actum complacentiæ terminatum ad possibilia; at non pōt eẽ sic necessario possibilium in aliquo esse reali existentiæ ab esse diuino distincto. Item complacentia amor possibilium non est tãtę necessitatis vt Deus: ergo nec ex amore possibilium est spiritus sanctus. 2 actus inefficax est, ponit imperfectionem in re volibili, nec ponit necessitatem existentiæ; ergo non ex amore possibilium.

possibilium. 3 omnia possibilia vellet ex necessitate absoluta, vt vellet Spiritum Sanctū. ℞. possibilitatem essendi intellectus necessario attingit, & volūtas necessario amat, secus aut esset suspensa, aut potētialis ad amorē. C. si non est in potestate suæ voluntatis creaturas habere possibilitatē, tamen exercitium est circa indifferentiam ponendi existentiā, ergo contingēter vult possibila esse, at nō contingēter, sed summa necessitate amat, & diligit Spiritū Sanctum; ergo motio ad amorem, & productionē Spiritus Sancti, præcedit amorem creaturarum & productionem Spiritus Sācti, sequela notitia ad terminum necessarium, & infinitum; precedit notitiam ad terminum finitum, & contingentem. 2 esse possibile rerum non est ex se necessarium in tali esse; sicut Deus est ex se actus necessarius. 3 quidditates rerū nō sunt ex se necessariç p essētiam, sicut Deus est ens per essentiam; nam sunt entitates participantes diuinum esse, ergo ens in participatū, & per essentiā vt est verbum, non pendet ab entitate participata, nō ita simpliciter necessaria, sicut est esse verbi. 4 non ita implicat ens participatū non dari, vt implicat non dari esse diuinum, possibilia sunt participationes diuinç esentiæ, vel diuini esse; ergo si p impossibile non essent, adhuc verbum esset nam non sunt ita necessario res possibiles, vt necessariū est esse Verbi.

Probatur. 5 habitudo naturç ad suppositū est naturaliter prior, quam ad agere; personç pertinent ad actualitatem essēndi, cognitio possibilium ad actualitatem operandi; ergo prior ordo ad personas, quam ad notitiam possibilium. Maior; agere supponit esse. Minor; Deus subsistit in personis; agit, & cognoscit possibilia, quç ordinantur ad facultatem agendi. ℞. etiam notionalia præcederent essentialia ad intra. C. habitudo actus secundi ad obiectum extrinsecum, habet esse in personis; nam est principium, productionis extrinsecç. 2 habitudo naturç ad supposita, tunc antecedit actus proprios etiam intrinsecos, quando supposita sunt per realitates eiusdem generis cum natura; personç non sunt per realitates absolutas sed relatiuas; ergo supponunt omnia absoluta ad intra. 5 nulla relatio realis personç diuinç est ad ens creatum, geniti ad generans à se distictū est relatio realis, ergo si verbum esset ex creaturis notis, esset verbum Dei creaturç, & à creaturis. ℞. Caiet. ad creaturas à quibus procedit vt cognitis non est relatio realis; sed ad Patrem à quo est à dicente. Molina; verum vbi relatio secundi generis, geniti ad generans, vt quod, non vt quo. C. personç diuinæ ad creatū vel creabile non est realitio realis: geniti ad principium, vt quo, & vt quod est habitudo realis, si est distinctū realiter à generante vt quod. 2 si relatio realis producti non est ad principium quo vt ad

terminum in recto: sed ad rationem terminãdi in obliquo; nã realiter idem: at creaturæ realiter distinctę à Deo, ergo relatio realis filij ad creaturas vt ad principium quo, & ad rationem termini. 3 ens simpliciter indepẽdens & necesse, posterius natura ente possibili, dependente. 4 vilesceret Deus si moueretur à lapide, ad intelligendũ; multo magis si à lapide vt cognito esset Verbum. 4 creator aliquo modo prçexigeret creaturam. esse creaturę cognitæ pertineret ad productionẽ intrinsecam creatoris. verbũ ergo ex memoria perfecta Patris, ad quã nulla creatura; nec visio creaturę spectat ad verbum.

Probatur ex his vltima pars: quod è scientia visionis futurorũ minus producatur verbum Dei. Scot. quodl. 14. T. completo ordine motionis necessariç, sequitur motio obiectiuè cõtingens. 2 principiũ productionis necessariç precedit productionẽ cõtingentem, & non necessariã, cum necessarium nequeat supponere cõtingens, productio ad intra est ad terminũ necessarium; cognitio, & volitio futurorũ est ad terminum contingentem, & non necessariũ; ergo productio verbi non est ex volitione cõtingente, & cognitione non necessaria. 3 omnis actio naturalis, & necessaria precedit motionẽ ad finitũ & cõtingens. 4 ens necessarium in esse productionis non habet intrinsecam habitudinem ad esse cõtingens. 5 cognitio, & productio intrinseca, & necessaria, prçexigitur omni cognitioni ad extra, & cõtingenti. 6 totus ordo ad intra perfectus est, absque vllo ordine, & respectu ad extra. 7 natura prius est in se, quam ad alia à se. 8 cognitio futurorum est à Deo, ergo prçexigit Deum sicuti est.

Arguũt Plures Thomistç Capreol. Bannes. verbum ex omnibus que sunt in scientia Patris, etiam secundũ existentiam. 1 August. 83 q. 63. verbum non solum dicit respectum ad Patrem; sed ad illa, quæ per verbũ facta sunt potentia operatiua, ergo ex notitia rerum futurarum. 2 quicquid habet Verbũ, est à Patre ex sua processione; habet scientiam visionis ad res; ergo per processionẽ, quę est futurorum. 3 verbum est expressum ab intellectu Patris de essentia vt obiecto, quæ est declaratiua tam æternorum, quã factibiliũ. Ad 1 verbũ dicit respectũ realem ad Patrem dicentẽ, formaliter, & intrinsecè, respectum rationis ad creaturas possibiles, aut futuras. 2 nõ propriè, sed appropriatè; non proxime, sed remotè connotat respectum rationis ad creaturam 3 verbi propria ratio est esse productum à Patre; in memoria Patris notitia, quę præsupponitur est essentialiũ ad intra, nõ ad extra, quæ supponunt personas. Ad 2 actu sua processione habet, aut formaliter, aut radicaliter, & virtute; nã ex processione habet actum primum, virtutem, ad omnia, quæ inde formaliter in actu secundo nata sunt reprçsentari. 2 non pro quouis signo: sed pro co signo, quo nata sũt esse

&

& cognosci;& pro quo possibilia, aut futura sunt possibilia, aut futura supponunt personas. Ad 3 essentia vt obiecto intelligibili; nō vt intellecta; nam verbū est à memoria, vt productiua; non vt opatiua, & cognitiua. 2 cognitio quę presupponitur est essētię, & eorum quæ sunt ad intra; nō possibilia, & producibilia extra, quæ supponunt personas. 3 est ars, sapiētia Patris; quia ui suæ productionis per intellectum appropriatur illi sapientia; non est ratio Patri sciendi; ex productione dicitur notitia, prius declaratiua æternorum, quam factibiliū; hec enim supponunt personas. Ais. Deus vnico actu se, & omnia intelligit, ergo verbum expræssiuū omnium, & futurorum. ℞. vnico actu formali; ad distincta obiecta terminatiuę. 2 actus infinitus; vt secundaria obiecta terminent eo ordine, vt sunt cognoscibilia.

Arguent. Caiet. Suarez, Molina, Vasquez, verbum ex notitia naturali, possibilium, & simplicis intelligentiæ produci. 1 *Aug.* 15 trinit. c. 4 verbum natum esse de omnibus, quę sunt in scientia Patris, in notitia Patris sunt res possibiles. 2 idem; verbum nouit omnia, quæ nouit Pater; sed ei nosse de Patre est sicut esse: nosse enim, & esse illi communicatum est, ergo non tantum de notitia somliter in esse, sed eorū quę scit. possibilium. 3 ex notitia comprehensiua diuinę essentię; sed nequit cōpræhendi Deus nisi omnipotens, ergo cū relatione ad possibilia; omnipotentia respicit intrinsece omne possibile. 4. cōprehensio exigit commensuratione & coequationē entitatis obiecti, & potentiæ cognoscentis; vt quā tę intelligibilitatis sit obiectum, tantę intellectiuitatis sit potētia; sed possibilia sunt obiecta cognoscibilia; ergo infinitas intellectus attingit illa. 5 pro quouis signo comprehēdēs essentiam, attingit quicquid in ea est à parte rei, attributa, & perfectiones simpliciter; omnipotentia est perfectio simpliciter, quę est ad omnia possibilia. 6 per eundem actum re & ratione cognoscit se, & creaturas possibiles, ergo comprehendens essentiam, attingit & possibilia; aliter distincto actu, alia tendentia, replicatione actionum; Deus tanto simplicior quāto in vnius formalissimi actus re, & ratione, entitate, tendentia omnia attingit; ergo nullum signū, aut instās in quo ad essentiā, & nō res possibiles 8 si terminatione distincta, & virtute multipex; ergo multiplicitas actus virtualis, duplex scientia sui, et creaturæ, vnus ratio alterius; ergo saltim discursus virtualis; quorum vnum est vt ratio alterius. 9 si essentia esset omnia formaliter, verbum Dei esset ex cognitione omniū; ergo cū sit omniū virtute, & causaliter est ex notitia omnium, quæ potest causare. 10 verbum representat essentiam, & creaturas vi suę productionis; ergo ex eorum cognitione: nam non representat nisi obiectum de quo nascitur. 11 creaturę possibiles existentes in notitia Dei, non sunt nisi essentia

tia Dei, ergo si ex notitia essentię est Verbum; etiam ex notitia creaturarũ. 12 Ansel. in monol. c. 28 & infra, Deum vnico Verbo omnia dicere respectu omnium creaturarum, vt repręsentatiuũ omnium. Aug. 11 trin. c. 7 Verbum sempiterne dicitur, & eo dicuntur omnia; ergo notitia omniũ, ergo notitia omnium scibilium. Ad 1. de omnibus quę sũt in notitia Patris, eo ordine quo sunt in Patre. possibilia secundo instanti apta sunt cognosci; ideo non antecedenter, concomitanter, & cõsequẽter ex possibilib⁹. 2 ex scientia Patris, quę est memoria, & habitu scientia; nam ex intellectu, & essentia presẽte vt obiecto est fecunditas Patris; non ex scientia actu formali. 3 si de sciẽtia pręsupposita, non vt principio; est de notis quæ formaliter, primario, & ad obiectum primũ; non de his quæ virtute, secundario, & completo ordine ad intra pertinent ad cognitionem. Ad 2 nouit eo ordine quo nouit Pater secundo signo naturæ. 2 est de notitia formaliter tantum essentiæ; creaturarum virtute, & remotè, vt secundario cognoscibiles terminatiue, nõ quæ primario moueant, & terminent; nam si nouit omnia formaliter, etiam primo signo, etiam futura, & ex notitia contigenti esset Verbum necessarium; 3 ordo est in esse, ita in communicari, vt prius natura est homo, quã risibilis, prius habet humanitatem, quam risibilitatẽ; prius est esse Dei, & Verbi, quam esse possibilium. Ad 3 ex notitia compræhensiua essentiæ, & omnium, quæ sunt in Deo formaliter; respectus ad creaturam nõ pertinet ad compræhensionem; infinitum in nullo aut pro esse, aut pro cognosci exigit finitum. 5 omnipotentia sua formalitate vt dicit simpliciter potentiam in se; nõ pro respectu ad causabilia; pro primo instanti vt compræhendit essentiam, nõ concipitur respectus ad possibile; nã respectus sequitur absolutam perfectionem in se; pro connotato tantũ in secundo ordine naturæ, respectu secundarij. Ad 4 possibilia sũt cognoscibilia pro secundo signo completo ordine personarũ, cũ essentia est in tribus. 2 est cõmesuratio entitatis obiecti ad potẽtiam; infinitè cognocibilis ad infinitum intellectum in sola essentia. 3 radicaliter, & virtute continet notitiam omnium intelligibilium, pro signo quo intelligibilia sunt; at possibilia quia *Deus* est, & subsistit vnus, & trinus, & omnipotens. Ad 5 pro fundamento attributa, perfectiones simpliciter absolutę nullum habent respectũ ad creaturas possibiles, nulla perfectio *Dei* pendet à creatura; at formaliter vt relatio non est perfectio simpliciter. 5 relatio nõ ponit pfectionẽ; nã vt *De⁹* sine perfectionibus non est, nec esset Deus si creatura non esset. Ad 6 etiam pro rebus futuris, ratio vim haberet. 2 ordo obiecti primarij, & secundarij non est ex varietate actuum; sed necessitate obiectorum, quæ mouent, aut terminant. 3 obiectum secunda-

rium

rium terminat, non principiat, nec causat notitiam, ideo nõ variat actum; nec actus intelligendi multiplicatur obiecto secũdario sed idem numero ex sui perfectione tendit in omnia scibilia tam primaria, quam secũdaria, iuxta ordinem in ipsis scibilibus. *Ad* 7 simplicitas summa, & perfectio intellectus precise exigit actũ nõ multiplicari in se, eũdem ex sua perfectione tendere in omnia scibilia, tam primaria, quam secundaria, iuxta ordinem, & naturam illorum; & omnia in essentia vt in causa, & obiecto primo, virtute cuius omnia representãtur, vt repræsentabilia sũt. Ad 8 discursus exigit multitudinem actuum in re, & dependentiam vnius ex alio vt vnus ex alio efficiatur; sic cognitio effectus ex notitia causę; in re vnus actus simplex, & vna ratio motiua intellectus. Ais saltim multiplex ex diuersa ratione & tendentia ℟ ordo tendentiæ non est vnius ex alio, vt ex causa, & distinctis actibus; si primo signo essentia est cognita; 2 quidditates virtute; 3 veritates; nõ est ordo secundi ad tertium causalis sed effectuum essentialiter ordinatorũ respectu eiusdem causæ: nam essentia prius natura causat quidditates; quam fiant notę veritates. Ad 9 esset omnia formaliter, pertineret ad memoriã Patris formaliter; & ex illis Verbum; creaturæ sunt virtute, & eminenter, nec habent rationẽ obiecti, nisi personis productis. 2 quód est virtute, & eminẽter supponit esse formale. Ad 10 vi suæ originis representat essentiã Patris, & obiectum de quo nascitur: creaturas appropriate. nec est verbũ creaturæ: sed Dei Patris. 2 representat personas concomitanter, quia personæ sunt in diuina essẽtia ex natura rei. & est naturalis imago Patris; vt creature nõ est naturale exemplar. nec formalis similitudo; nec eas ex vi suę productionis representat; *V*erbũ lapidis solum representat lapidem de quo est, non animal, filius in humanis repræsentat Patrem de cuius substantia est; verbũ Dei non est de substantia creaturæ; nec est formalis similitudo creaturæ: sed eminentissima, & vt causa; at ratio causæ non est nisi in tribus. 3 verbum per actualem notitiam essentialem, sibi à Patre communicatã, repræsentat omnia, quod appropriatè vi suæ originis magis conuenit verbo; vt amor spiritui: sed completa origine ad intra, est respectus ad extra Ad 11 creaturæ in esse cognito sunt idem re cum essentia at formaliter non idem. 2 prius, natura memoria, & intelligentia est in tribus, quam creaturæ habeant esse cognitum. 3 idea est creatura obiectiuè relucens in essentia Dei Scot. vel essentia imitabilis à creatura, Thom. non reluceret, nec imitabilis ante creatorem. Ad 12 dicere sumi solet vt essentiale, sic intelligere commune tribus omnia declarat scibilia; vt notionale, sic origo personæ dicentis ad verbum productum; & mixtè seu appropiatè, sic notitia communis tribus appropriatur

tur filio, quia per intellectum pducitur. Sic Anselmus, Aug. Deū vnico verbo dicere omnia, dicere sumi potest essentialiter. 2 si notionaliter; appropriatè, specificatiuè, nō reduppli catiuè, quia vi processionis appropriatè, vt procedit per intellectum, est verbum Patris, in quo omnia disposuit, & quod omnia repræsentat, primario scibilia ad intra, secundario, & consequenter possibilia ad extra.

An voluntas spectet ad Verbi productionem; & Pater producat verbum voluntate. 4.

GEneratio opus naturæ, non voluntatis. verbum Dei sapientia intellectu generatur, non voluntate. voluntas in operari, & producere sequitur proportione intellectum; nil volitum, quin præcognitum; vt actus intelligēdi naturaliter præcedit actum volendi comparatione eiusdem; sic actus dicendi actum spirandi; ex ordine tamen essentialium, & notionalium; actus volendi præsupponitur actui dicendi, & generādi, prius .n. Deus est intelligens, & volens, quam generans, & spirās; Productione communicatur essentia, & deitas: at perfectio essentialis præexigitur communicatio ni, vt intellectio, & volitio.

Dico. Pater nullo modo generat verbum voluntate, vt principro proximo, aut remoto: solum actus voluntatis quo vult generationē filij, præsupponitur actioni generandi filium. Scot. 1. d. 6. q. vn. art. 2. quodl. 16. L. Pater nō generat filium voluntate ablatiuè, vt causa, aut principio elicitiuo: sed aduerbialiter, hoc est voluntarie. 1. d. 19. q. vn. in fine, filius, & Spiritus sanctus ordine naturalis intelligentiæ cum fundamento in re præcognosci, & prædiligi virtute essentiæ, antequam in re cōcipiantur producti. 2. d. 1. q. 2. A. prioritas naturalis intelligentiæ, & præsuppositionis præscindens à causalitate, qua vnum præintelligitur alteri. quodlib. 1. essentialia ad intra sunt immediatoria essentiæ quibusuis notionalibus, & personalibus.

Probatur 1 pars; quod Pater nō producat verbum voluntate vt principio proximo, nec remoto 1 voluntas in operari, & producere sequitur proportione intellectum, ergo productio verbi per intellectum, præcedit actum productiuum voluntatis. 2 principium productiuum vnius rationis nequit habere productionē alterius rationis, vbi productio est adequata principio; volūtas principium productionis Spiritus Sancti. 3 filius vi suæ productionis, & principij, naturali necessitate similis in natura, determinatus ad vnum modum productionis, volūtas in modo operandi, & producendi est distincta à principio naturali: ergo productio verbi non est à voluntate. Maior; intellectus est potētia naturalis, nō voluntas. causa actiua 2 phys. 49. diuiditur in naturam, & propositum; natura determinata ad vnum, excludit in-

dif-

differentiam principij actiui; voluntas ad intra si nō habet indifferentiā actus velle, & nolle; velle, & nō velle; principium tamen sua natura est liberum, si nō quo ad exercitium, & specificationē, quo ad essētiale libertatis, quo ad se determinare. 4 volūtas vt principium operatiuum naturaliter posterius, quam intellectus, ergo vt principium productiuum naturaliter posterius; ergo nequit esse vis productiua prioris. sequela; vt se habet operatio ad operationem, ita productio ad productionem. 5 Pater generat filiū voluntate; falsa; nam dictio significans actionem cum ablatiuo significante potentiam actiuā, notat ablatiuū esse principiū actionis, generare est verbum actiuū formalis actionis, ergo constructum cum potētia actiua vere notat principium eliciriuum; ergo vitāda locutio. 6 in nobis vbi nō vnus actus intelligendi; potest voluntas applicare intellectū, & causare intellectionem, & habere rationem principij applicantis, aut mouentis ad secundā intellectionem; at respectu primæ intellectionis, nec voluntas potest habere rationē principij, nā prima intellectio nō est in nostra potestate; posterius non est causa prioris; impossibile est quin visis tangamur, August. sed in Deo est vnica intellectio, & idem actus manens; ergo voluntas nō est causa mouens, applicans; nec habet rationem principii. sed in operari aut produci sequitur intellectum. 7 Damasc. l. 1. c. 8. generare ē opus naturæ; August. ad Oros. præire scientiam volūtas non potest, ergo voluntas nō pertinet vt principium ad generationem Verbi.

2. pars quod Pater generet filiū volens, non tantū voluntate concomitante, sed antecedente; & actus quo Pater vult generationē filij, præsupponitur actui generandi filium. 1. Scot d. 6. q. vnic. E. Pater 1 signo intelligit, & vult; essentia vt cognita, & volita tam in se, quam vt cōmunicanda filio, & Spiritui Sācto. 2 Pater primo signo originis, vel naturæ formaliter intelligit, & diligit essentiam; in secundo generat filium, ergo actus volēdi præcedit actū generandi; nō tantum consequēter, aut concomitanter. 3 gignitio verbi est vere præconcepta, & volita prius natura, quam producatur verbum, ergo nō tantum voluntate sequente, & comitāte, sed voluntate habita prius, quam actu generet. Antec. filius, & Spiritus Sanctus ordine naturalis intelligentiæ, cum fundamento in re sunt præcogniti, & prædilecti virtute essentiæ, antequam cōcipiantur producti; nam ad actū amoris, necesse est amatum esse præcognitū in essentia, quæ est ratio cognoscēdi intuitiue, ergo iuxta instantia naturæ filius, & S.S. sunt præcogniti, & prædilecti instas in quo naturaliter præsupponitur; non existentia, sed naturali intelligentia. 4 actus intelligendi, & volēdi respectu omnis volibilis ad intra precedūt actum

dicen-

di, & spirandi; nam sunt essentialia, & perfectiones communicabiles, quæ præsupponuntur; ergo quem ordinem seruant inter se, etiam in diuinis personis seruant ergo Pater antecedenter vult generationem filij; nā quicquid intelligit, & vult per solā essentiā intelligit, & vult; intelligere, & velle præcedit dicere, & spirare. 5 Pater antequam generet beatus at beatus amat essentiā adæquatè communicandam, ergo prius vult generationem, quā generet. 6 actus generandi non emanat in voluntarius, Hilar. propos 25 non coactus Pater genuit, sed voluit. August. l. 3 c. Maximinum c. 1. si æqualem non genuit, aut nō potuit, aut non voluit.

Respōdēt *Hēricus*, & Thomist. vult volūtate complacentiæ, comitante, & subsequente, non antecedēte, quia intelligere Patris est generare, & præcedit velle Patris. C. Pater nullam perfectionē sibi intrinsecā recipit à persona producta, nec per productionē; ergo velle generationem non est concomitans, sed antecedēs, vt Pater antecedit filium. 2 Pater pfecte beatus antequam generet filium; sed quo Pater vult essentiā communicatam, & communicādam est idem; ergo ēt antecedēter. 3 essentialia ad intra naturaliter præcedūt notionalia; ergo actus diligendi qui præcedit est idē & nequit subsequi actum dicēdi. 4 Pater vult generationē filij, nō actu desiderii, quod est imperfectionis; sed pfectè, nō tantum quia est concomitans, quia sibi complacet in filii productione; sed quia vt volens præcedit generationem, vt actus essentialis præcedit notionalem. diligit essentiā non tantum in se, sed vt communicandā. 5 non est duplex dilectio antecedēs, & sequens; sed ille actus numero essentialis, qui antecedit, comitatur, subsequitur p fecta coexistentia cum generatione. 6 Pater, & filius intelligūt perfectè, & diligunt Spiritum Sanctum, prius naturaliter, quā concipiantur in se existere, si nō vt presentē in se, vt præsentē in essentia, quæ constituit intuitiuā rei existentiam, dist. 10. in fin. 7 etiam Deus ab eterno diligit prædestinatos, non desiderio, sed actu pfecto complacentiæ, qui tamen nō fuerunt præsentes; dilectione nō vt ad presētes in seipsis; cur ad actum amoris filii, vbi necesse est amatum esse præcognitum in essentia, quæ est ratio intuitiue cognoscendi omnia; filiū etiā esse vere præcognitum, & prædilectū? si trinitas videt creaturas, antequam sint in re; magis Pater cognitione, & amore essentiali virtute essentiæ, ordine naturæ, nō duratione, actu quo vult generationē filii. psupponitur actui generandi filium, vt Pater præsupponitur filio. Demum fauent; August 9 trinit. Verbum amore concipitur. c. 11. notitia placita, digneque amata est verbum Ricc. 6. trin c. 17. Patrem gignere filium, est velle habere de se filium sibi conformē. *Hilarius* de synodis proposit. 25. si quis nolente natū dicat filiū, Anathema.

Ar-

Arguent contra 1 partem: ꝙ voluntate filius sit genitus. 1 authoritates sonant, ꝙ sit genitus à voluntate. 2 August. 14 trinit. c. 8 trinitatem in mente ponit in quã tum meminit sui, intelligit se, & diligit; ergo actum copulãdi memoriam cum prole, & notitiam assignat volũtati. 3 15 trinit. c. 3. Mens, & notitia, qua se nouit, & amorẽ quo se, & notitiam sui diligit; ergo volũtati, vt tertia pars imaginis, dat actũ respectu obiecti, & notitiæ genitæ. 4 Aug. 11 trin. c. 3 nõ assignat aliũ actum volendi animæ, vt habeat rationẽ imaginis, nisi eũ qui coniũgit parentem cum prole, & cum causalitate; at non esset repreſentatio nisi diuina voluntas sic se haberet ad generationẽ filii; ergo vt principium. maior, voluntas aciem recordantis animi ad memoriã cõuertit. 5 Arist. 5 met. 6. omne inuoluntarium est triste. 6 colos. 1 transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ, ergo filius volũtatis, & amoris. 7 Pater primo signo est volens, in secundo generans; ergo potest voluntas esse principium. sequela; voluntas si non præcedit notitiã ingenitam, & essentialem, præcedit actum dicẽdi notionalem; ergo potest habere causalitatem; nam p̃cedit, & est prior. sequela; ideo volũtas in nobis applicat, & mouet ad secũdo intellecta, quia sequũtur voluntatem; ergo quia productio verbi sequitur actum volendi, voluntas habet rationem principii applicãtis, & mouentis ad productionẽ Verbi. 8 Aug. 3 cont. Maximin. c. 1. Pater si non genuit filiũ, sibi æqualem, aut nõ voluit, & sic inuidus: aut non potuit, sic non omnipotens; ergo volũtate genuit. Ad 1. ibi August. præsertim de verbo nostræ mentis, quod post primã, & confusã intellectionẽ obiecti gignitur; & consequẽter de Verbo Dei, amore, & volũtate, non vt principio, sed complacentiæ, & operante. Riccar. Hilarius, alii; velle operatiuo, non productiuo; voluntate non eliciente, aut producente; sed operãte, & complacente. Patres, vt vitarent filiũ coactè genitũ, aut impulsu naturæ absque cognitione vsi sunt illo loquẽdi modo. Ad 5 actus diligendi obiectum, & notitiã pertinet ad voluntatem, vt est tertia pars imaginis trinitatis increatæ; actus voluntatis vt copulat memoriã cum prole, & conuertit aciem intellectus ad obiectum, est imperfectio intellectus creati, nec spectat ad voluntatem, vt tertia pars imaginis Ad 3 nostra p̃ſerat volũtatem Dei non per actum copulandi memoriam cum prole, & reducendi memoriam ad actum sed quia principium producẽdi actum circa idem obiectũ, quod præfuit in memoria, & est in nostra intelligentia. Ad 4 item; si sæpe dat voluntati creatæ, vt coniungat parentem, & memoriam cum prole; tamen etiam dat alium actum amoris, & dilectionis obiecti, & notitiæ; vnde ait Verbum est cum amore notitia; Notitia amata est Verbum. Vel copulat actum volendi, & amandi

non eliciendo, mouendo, caussando. Ad 5 voluntariè, at non voluntate tamquam principio; multa fiunt volũtate præcedẽte, aut comitante; quorũ principiũ non est voluntas. Ad 6 filius dilectionis, nõ quia dilectione genitus; sed quia maximè Deo dilectus. 2 filius dilectionis essentialis, & ingenitæ; non notionalis, & productæ. Ad 7 prius non ordine originis, aut caussalitate, vt vnũ ab alio: sed præsuppositiuè, vt effectus vnius potentiæ ad effectũ alterius 2 prius præcõcipi, & esse volitum, quã pductũ, at vt cognitio nõ caussa esse verbi; nèc volitio. Ad 8 dignè Aug. quia inuidia nõ tantum subtrahit bona, quæ actu volũtatis fiũt; sed ad quæ voluntas non sibi cõplacet. Ais absoluta communia Trinitati sunt priora; velle generationẽ filij est absolutũ, ergo prius. ℞ vt in Patre præcedit, non vt in Spiritu Sancto; nã prius origine filius, quam Spiritus Sanctus.

Arguent Henricus, Vasquez, Molina, Thomistæ, velle non præsupponi ad dicere; nèc verbũ produci voluntate antecedẽte. 1 intelligere Patris naturaliter præcedit velle Patris; at intelligere Patris, vt Patris est generare; ergo generare præcedit volitionem Patris; ergo non volita antecedenter. Minor eiusdem potentiæ non duo, sed vnus est actus 2 de anima; ergo intelligere est dicere, & generare. 2 Pater non prius intelligit generationẽ, quã generet; ergo nèc prius vult quã gignat. Antec. intuitiua notitia est rei presẽtis, ergò nõ prius intelligit, quam generet. 3 si velle pręcederet, non esset rei presentis, sed possibilis, aut futurę; sed actus desiderij est imperfectus; nã rei non dum habitę, & per modum indigentię: 4 actus Patris volendi generationẽ naturaliter supponit generationẽ; Assumptum; supponit ẽẽ Patris, qui generat, & formaliter est Pater. 5 si nõ esset actus volendi, adhuc actus dicẽdi esset, ergo generatio non pendet à volitione. 6 Aug. ad Orosium, Conc. Tolet. 11. ideo filius nequit volũtate generari à Patre, quia voluntas non potest præuenire sapientiam, quę est filius genitus; ergo non voluntate antecedẽte Ad 1 intelligere ẽ operari; non generare, & dicere. 2 est essẽtiale, dicere notionale. 3 nõ duo actus eiusdem rationis, nèc duo vltimi; vnus respicit essentiã vt obiectum; alter essentiã, vt terminum formalem communicationis, & est ad Verbum productum. Ad 5 notitia intuitiua immedatè motiuè, & terminatiuè est rei vt præsentis, & in obiecto primario, tantum terminatiua potest esse in obiecto primario, ꝙ est origo, fons, radix fæcũditatis; in quo possunt præintelligi, & prædiligi filius, & Spiritus Sanctus. Ad 3 vt actus generandi virtute essentiæ intuitiuè attingitur, priusquã in re: ita per modum rei præsẽtis in ipsa essentia, non actu desiderij, sed complacentiæ, & volitione diligitur à voluntate. Ad 4 actus intelligendi, & volendi non pululant à Pa-

tre,

tre, vt Pater est; sed vt quo ex intellectu, & voluntate; vt quod vt hic Deus prius naturaliter, quam vt in personis. in hōne rāo entis, substantiæ corporis, animalis, rationalis; hoc vltimum formaliter constituit; nō tamen prius naturaliter est rationalis, quam sentiens, quam substantia. 2 etiam vt in re, quæ essentialia sunt immediatiora, q̃ notionalia. Ad 5 non ordine causalitatis, & principij: sed p̄cedit vt effectus prior; nam intellectus, & voluntas prius operatrices, quā p̄ductrices. Ad 6 Patres, & concilia negant voluntatem præcedere sapientiam genitam in rōne principii eliciti, & productiui; non vitaliter operatiui. 2 in eodem ordine voluntas non intellectum; nec actus voluntatis a͠tum intellectus, at in distincto actu, velle essentiale p̄cedit dicere notionale, vt in nobis cognitio prima præit volitionē, secunda pōt subsequi; & tamē actus intellectus absolutè præcedit actū voluntatis. Ais verbi p̄ductio naturalis; ergo non voluntariè; naturale, & voluntariū opponuntur. R naturale ex principio, & voluntarium ex principio opponuntur: at productio verbi est à voluntate, non vt principium, dilecta, amata, præuolita proles. 2 non partus voluntatis: sed naturæ, & intellectus.

DE POTENTIA GEnerandi filium.

TITVLVS XVII.

An in Patre vere potentia generandi. 1.

POtentia realis, q̃ principium actus realis, & aliquid ponit in re independenter ab intellectu 9. met. 2. logica dicit non repugnantiam, & nihil ponit in re. Aureolus, potentia Patris ad filium tātum logica. Caetanus, est realis respectu filii, non dictionis, vel generationis, qua producit. Scot. ex memoria Patris, vt actu primo duo actus perfecti emanant, operari, & producere; intelligere, & dicere; intelligit ex propria perfectione intrinseca, non in ordine ad productionem; p̄ducit verbum ex fæcunditate intellectus, non necessitate intelligendi; ideo actus formaliter distincti, ignis habet calorem formaliter, p̄ducit ignem effectiuè; calefactio, vt operatio, p̄ductio vt actio. Potentia Patris est principium non tantum respectu termini producti; sed actus, qui est dictio, productio, & actiua generatio; vnius in recto, vt p̄ducti; alterius in obliquo vt eius, quo p̄ducit; et talis potentia est memoria Patris; quæ includit essentiale, et personale; absolutum, et respectiuum. Verum potentia in Deo; nō vt distinguitur contra actum, et vt actus, et potentia di-

diuidunt ens; et vt ens prius in potentia, q̃ actu; nam hæc nõ est in Deo, qui purus est actus. Nec potentia vt principium agendi, et patiendi; qa sub ratione passionis non est in Deo; nam impfectio: sub ratione tantum actionis, pductionis, fœcunditatis, & communicationis, in eadem natura sine dependentia, causalitate, diuisione, et partitione naturæ.

Dico. Potentia generandi Patris vera, realis, non tantum logica, terminorum non repugnãtia; nec tantum respectu termini producti, et Filii: sed productionis, actiuæ generationis, et actus quo pducit. Scot. 1. d. 2. q. 7. O. d. 20. Probatur; Patrem generare filium non repugnat; vt filium, et Spiritum Sanctum generare, cuius termini contradicunt. 2 generationem esse possibilẽ est ad actum non repugnantem in determinato supposito; ergo logicè non repugnat. 2 q̃ sit potentia verè realis; Ioan. 1. vt Pater habet vitam, dedit et Filio habere vitã. & ego ex Deo processi. psal. 109. ex vtero ante Luciferum genui te. 2 pductio est simpliciter perfectionis, ergo facultas productiua in Deo. 3 generatio est à memoria fœcunda Patris, quæ vere, et proprie est in Deo. 4 vera, et realis memoria in Deo intellectualiter pducens, non est factiua, aut accidentaliter actiua; quia hæ imperfectiones potentiæ: sed ratione infinitatis tam in abstracto, q̃ in concreto est idem realiter in essentia. 5 quod est perfectionis in principio productiuo non tollit ab eo rationem principii productiui; sed communicare se per identitatem naturalem, et adæquatam ponit perfectionem in principio productiuo; ergo in Deo veram hẽt rationem principii pductiui. 3 quod sit realis, et ad filium, et ad actũ quo producit filium; Probatur, est realis potentia ad filium, ergo ad actũ, quo formaliter producitur filius. 2 vere, et realiter generatione producit filium, ergo habet potentiam respectu actus, quo vere, et realiter producit; vt enim vere, et realiter est in actu primo productiuus, ita generatione vt actu secundo generat; esto potentia sit semper cum actu. Respondent, respectu actus secundi, qui verè producitur, et in recto est terminus productus. C. nõ est à nostro intellectu, vt Pater memoria vt actu primo generet dictione, et productione; ergo etiã potentia actus generandi. 2 actus dicendi, seu generatio actiua, est ex natura rei formaliter distinctè à potentia reali, et memoria: nec memoria est Pater, sed paternitate, seu actiua generatione. 3 in Deo ad intra si non est actio, nec passio de genere actionis, & passionis, vt actio sit ad formã trãsmutabilem, est tamen actio respondens, vt actus secundus manans ab actu primo, & à suo principio simplici emanatione, & potentia actiua respectu generationis, qua in actu suppositum est formaliter generans, & producens.

Ar-

Arguet Aureolus, quod sit tātum potentia logica, & non repugnantia. 1 posse esse Patrem non est potentiæ realis; ergo nec posse generare. Antec. tunc pduceretur in ōē Patris. Sequela, idem est posse ēē Patrē, & posse generare. 2 in Deo nō est pductio elicita ad intra; ergo nec potētia. Antec. tunc realiter distingueretur à producēte. 3 si vera, & realis potētia aliqua pfectio Patris, quæ nō filij: nā potentia realis à parte rei pfectio. 4 negatio potentiæ generandi à filio, non est negatio potentię, ergo nec affirmatio est potentia. sequela; tantum negatio negat, quantū affirmatio affirmat. Antec. August. contra Maximinū; filius nō genuit, non quia non potuit; sed quia nō oportuit. 5 filiūs à Patre non vere, & realiter possibile; sed necesse; ergo ad filium nō realis potentia. Ad 1 posse esse Patrem, non est ad producere; sed ad producere. 2 est potentia nō distans ab actu, sed vna cū actu. 3 posse esse Patrē, & posse generare; materialiter idem, non formaliter: posse gignere est realis aptitudo potentiæ, posse esse Patrem nomen hypostasis. 5 Vel subst antiuè est persone, adiectiuè proprietatis; nec idem significatum primum, genitoris, & Patris; Pater suppositū, genitor proprietas; conceptu tamen adequato in re idem. Ad 2 productio elicita vt quod, in recto, quę terminus productus, est à producēte distincta; non vt quo, & in obliquo; sic nō est producta; sed quo producitur, & formaliter distincta. 2 Principium vt quo non est vt forma per se existēs, sed ratio, & forma agēdi; vt species in oculo est principiū videndi, si esset per se, nec posset videre, quia nō in potentia propinqua ad videndū, nisi in oculo, memoria in supposito Patris elicit productionē, quæ non est producta, sed productio. Ad 3 in potentia duo; absolutum, pfectio cōmunis, & respectus ad actum in supposito in quo est à se, & id non perfectio. 2 quantum ad id quod p se significat relatio; quantum ad id quod p se denominat absolut a pfectio. Ad 4 maioris latitudinis negatio quam affirmato, plus negat non homo, quam ponat homo; negatio potentiæ generandi pro formali excludit solum respectū dicentis; at negatio potentiæ excluderet omnipotētiā. 2 ibi August. contra Maximin. qui filium non omnipotentem, ex eo quod non generet; at omnipotentia est respectu possibilium, & ad extra 3 omnipotentia est de non esse ad esse. 4 potentia vt opponitur necessario, non est ad intra; nec vt habet correlatiuum possibile: sed sub ratione principij: nā in creatis potentia actiua, passiuum sibi respondens imperfectio; in Deo nō possibile, sed necesse; nō esse causatū, sed idem esse causę. Ais August. C. Maxim. c. 3. si Pater non posset generare filiū, vbi omnipotentia Patris? & Maximinus Arianus ponebat filium creatum; rectè August. contra eum; si pater non posset gignere filiū, non omnipotens. Vel tenet gratia

tia materię; nam sequitur, quod non haberet naturam diuinā fæcundam, & sic non omnipotens. Ad 5 non possibilis vt opponitur ex se necessario; sed vt est ab alio originatum. Ais nil Dei ad intra est possibile. ℞ vt possibile respicit terminum non ex se necessarium. Vel vt transit à potentia ad actum; non vt potētia idē cum actu. Vel possibile quod nō est, & potest esse; nō quod semper est.

Arguent Greg. Arim. Caiet. Becanus, Thomistæ cōtra 2 partem potentia realis est ad terminum productum, generatio nō est producta 2 potētia realiter distincta ab actu, generatio non est distincta à generante. 3 generatio esset genita, & processus; nam potentia realis, ad principatum reale. 4 Aug. 5 trinit. c. 6 Deo Pater quo est ei filius; ergo paternitate generat; & potētia est ad filium, nō ad actum generationis. Ad 1 est termini producti vt quod, & in recto est actus, vt quo producitur 2 in creatis; vbi potentia distat ab actu. 2 vbi actus est accidens, in Deo actus est ipsa emanatio. 3 impossibile producere sine reali productione. Ad 3 productio nō est producta, qua non terminus vltimus, sed quo; nec realiter distincta, quia non vt q. Vel si in creatis re distincta, vbi est accidēs non in Deo, vbi re idem. Ad 4 August. Pater eo est Pater, quo est ei filius; formaliter, verum est; non in ratione principij agendi. 2 cum Ablatiuus construitur cum Verbo, significat principiū agendi vt corpus disgregat albedine; at cū nomine, principium formale dandi esse; vt corpus album albedine; sic Pater, quo est ei filius formaliter; at generat actu dicendi. Ais cum productio non est vera actio; sed relatio p modū actionis significata; tunc non est potentia realis respectu productionis: sed tantum termini producti. ℞ relatio non adueniens sed manens; si adequatè generat Pater, actus quo generat est dictio Patris; & ad dictionem est memoria Patris, vt quo; ad Verbum, vt quod.

An potentia generandi sit quid absolutum, vel respectiuum. 2

Potētia nūc nō causatiua in aliertate naturę, aut ex subiecto potentiali ad formam: sed merè productiua, in eadē natura. Nec est vox abstracta, sed concreta, si nō in subiecto, in fundamento. sumi potest pro formalitate potentiæ per se in recto; & pro entitate, quam importat, vt proximum fundamentum; primo modo est relatio, formalitas hæc seu potentialitas vltimatè abstracta essentialiter respectiua; pro materiali, seu proximo fundamento actualis relationis, q dicit generatio. & hoc vel pro fundamēto præcisè sumpto; vel cum omnibus prærequisitis, vt possit actum edere; & productum ponere. Aliter; vel quantum ad id, q per se significat; vel quantum ad id, q per se denominat; q significat potentia generandi per se, est

re-

relatio, ordo, habitudo ad genitum; quod per se denominat, est fundamentum proximum relationis, cum omnibus requisitis; aut remotum præcisè circumscriptis quibusuis concurrentibus.

Dico. si potentia generandi Patris pro formalitate, & abstractissimè sit relatio: tamen in re, nèc proximè nèc remotè, est relatio; & pro eo quod est, ac per se denominat, est quid absolutum. Scot. 1. d 7. q. vnic d. 4. q. 2. B. d. 20. q. 1. F.

Probatur primū quod pro formalitate potentiæ sit relatio. 1 potentia generandi actiua non est in filio; licet in eo sit idem absolutum, quod est in Patre; ergo potentia generandi formaliter est relatio. Antec. In filio id absolutum non est sub ratione potentiæ prioris ad actum, potentia autem, & principium requirit ordinē prioritatis ad terminum, ergo respectus. 2 potentialitas, seu principiatio est essentialiter respectiua, vt ratio principij est ad principiatum; & potentiæ ad terminum. 3 generare est actio Patris, ergo formalitas potentiæ Patris. 4 August. 5 trin. c. 6 eo Pater, quo est ei filius; ergo formalitas est respectus.

Secundum Probatur; quod in re non sit relatio, nèc proximè, nèc remotè; 1 omne principium agendi est ens absolutū. 2 omnis relatio equè naturaliter respicit suum correlatiuum propriū; ergo si potentia generandi relatio; non distinctę duę productiones in Deo p modū naturę, & voluntatis. Sequela; in relationibus nō est quærenda ratio intellectus, aut voluntatis. 3 relationes respiciunt distinctas psonas, quia sūt à distinctis principiis, nō quia ipsa sūt distincta principia productiua, ergo relatio in Patre nō est potentia generandi. Antec. relationes inter se omnino ęquales, ergo si vna potentia agēdi in vno etiam opposita. 4 si potētia esset relatio, paternitas simpliciter perfectior filiatione, nam quo producēs producit, si nō est eiusdem rationis cū forma producti cōtinet eam virtute, & est perfectior ea; sed filiatio non est eiusdem rationis cum paternitate, ergo hæc cōtineret, & esset illa perfectior. 5 eadem relatio esset sui principium; nā in Patre sola relatio ad filium; ergo si principium generādi, idem generās, & actus formalis generationis. 6 relatio nō est de genere actiuorum, 5 phys. 10. 7 in potentia generādi fundatur, & ex ea pululat proximè relatio; nam est Pater, quia per potentiā generandi pducit filium. 8 absolutum est terminus formalis generationis; ergo absoluta potentia generandi, Antec. Ioan. 15. Pater q dedit mihi, maius est omnibus; maius est absolutum. Sequela; agens non dat esse formale, nisi forma æquè perfecta si vniuocè, vel perfectiore, si agat æquiuocè; in diuinis productio vniuoca 9 Relatio non dat filio quod agat, nèc ad intra, nec ad extra; ergo nec Patri, quod producat formaliter. Sequela; communicare se in identitate naturę,

siæ, communicatione adæquata ponit perfectionem in principio productiuo. 10 Non persona patris est principium quo, & potêtia generandi, vt Gregor. Arim. nec essentia sub relatione, vt Hêricus; ergo res absoluta est potêtia generandi. *Antec.* Pater est, quod generat, ergo nô quo; nec idem quod, & quo; Nec 2 essentia sub relatione; quia indeterminatio essentiæ non est passiua, aut potentiæ, quæ imperfectio: sed actiua; ergo si à relatione, vna erit productio; vel si plures sêper erunt productiones infinitæ; nã omnis relatio æquè respicit suũ correlatiuum. 2 si vt relatio idem esset principium sui ipsius nam in Patre respectu filij vnica relatio; ergo si quo respectu generationis, & communicationis essentiæ, & generatio est eadem relatio aliter nominata; ergo idê sui ipsius principium. 3 essentia indeterminata actiuè, & ordine naturæ est essentia ad vtrãque productionem; ergo nô per relationê, quæ vniformiter se haberet. 4 est pelagus infinitũ, interminatũ, omnis perfectionis simpliciter, Damasc. ergo absurdum à relatione determinari instar materiæ, & potentiæ. 5 relatio in Patre est forma suppositi agentis, non principium quo; conditio agentis supponit integrum principium quo. Item esset rão agêdi, determinatiua essentiæ, & dignior essentia.

Arguent Greg. Arim. Alii, qui personam Patris principiũ quo, & quod 1. August. 5. trinit. c. 6. Eo est Pater, quo est ei filius, paternitate est Pater; ergo generat. 2 in summe simplici idem formalissime quod, & quo. 3 proprius actus est à propria forma, generare actus Patris. Maior; forma, quæ dat esse, dat agere. 4 vt a ct' essentialis a forma essentiali, ita generare actus notionalis à paternitate forma notionali. 5 inter Patrem gignentem, & filium genitum mediat principium generandi; ergo eiusdem rationis cũ illis, & ratio relatiua: nam mediũ eiusdem generis cum extremis. 6 principium generandi realiter à genito distinctum, ergo sola paternitate. Demum ex Henrico qui essentiam determinatam relatione. In generatione est facere simile, & distinctum, ergo per essentiam est similis; per proprietatê pducit distinctum. Ad 1 quo est ei filius, vt terminus product' 2 Pater paternitate formaliter; memoria fæcunda in rône principii agendi. Ad 2 summè simplici, non pugnant quod, & quo; Pater, & filius, spirant non vt vnũ quod: nam duo spirantes; vt vnum quo, nam vis spirandi 2 perfectè idem re, nô formalitate. Ad 3 ppria forma non relatio: sed absolutum, quod est potentia generandi. 2 forma dans esse, dat agere; si de genere actiuorum; sic principiũ essendi est agendi, at nô relatio. Ais absoluta sunt communia, ergo potentia generandi non est absoluta. Rx potentia vt absoluta communis: sed non equè cũ ordine prioritatis ad terminum, sic tantum in Patre. 2 commune est prin-

principium non nuda essentia, nèc vt materia: sed quia quodlibet, esset ipso, non ipsum, nèc vt respicit terminum in ratione principij. Ad 4 non par ratio, essentialis actus principium quo, & quod & essentiale: at notionalis principium tantum quo, non quod, notionale enim non est quo producendi: sed quod producit. Ais potentia eiusdem generis cum actu. ergo potentia generandi notionalis, & relatio est actus. ℞ potentia obiectiua, quæ est differentia entis eiusdem generis, speciei, & numeri cum actu non semper subiectiua, receptiua, aut productiua. vel cum actu adæquato, qui est filius. Ad 5 medium essentiale, vt rubrum inter album, & nigrum mediat, vt species media: non medium quod est ratio, & quo agendi: ignis quo agit habet in se, & respicit productum. 2 intellectus in nobis medio accidéte intelligit substantiam. 3 potentia generandi non se tenet ex parte medij, sed extremi, medium est actus potentiæ, dicendi, ac generandi. Ad 5 principium quod, nó quo. Ais quod, & quo idem in actu puro. ℞. identicè, non formaliter. 2 idem, quia vnum nó actus alterius, non quia relatio Patris sit potentia generandi. imo relatio ex potentia. Ad 7 cum ignis facit ignem, est natura ignis, & indiuidua proprietas. illa assimilat, ista distinguit, non tamen proprietas est potentia, sed conditio gignentis 2 absoluta est ratio formalis, qua agens agit.

An absolutum potentiæ generãdi sit sola essentia. an essentia, & relatio, aut essentia, & intellectus. 3.

QVod potentia generandi in recto sit natura Dei, & in obliquo relatio, quæ est in quo Pater generat, volunt Thomist. Caet. 1. p. q. 41. art. 5. Quod sit essẽtia sub actuali intelligere formalissime Patris, Suarez, Vasq. Scot. 1. dist. 7. ad argum. concedit, absolutum potentiæ generandi in Patre, dicere essentiam cum cõditione, vt sit in persona generante à se. Concedit d. 5. q. 2. quod diuina natura est terminus formalis, & ratio formalis, qua agit. 1. dist 26. ZZ. concedit quod essentia est ratio communicandi non solum vt hoc, sed cũ hoc vt intellectus. & voluntas. dist. 1. qu. 1. 5. natura intellectualis nil potest producere nisi intelligendo, & volendo & quodlib. 2. P. quodlib. 4. I. essentia merè intellectualis principium productionis vt coniuncta cum intellectu, & voluntate. sed quod potentia generandi sit absolutum, seu essentia, vt determinata relatione, non recipit in 1. dist. 7. q. 1. C. & quod intellectus formalissime à parte rei sit sua intellectio, aut essentia sit intellectus non concedit. imo d. 2. q. 7. d. 7. q. vn. E. & L. d. 8. quod 2. O. tribuit intellectui actum operatiuum intelligere, & productiuũ dicere. Intellectus habens essentiam, sub ratione perfectè memoriæ, in actu primo, non sub actuali intelligere, est immediatum principium notitiæ genitæ. ideo

nec essentia in ratione actualis intellectionis, est proximum significatum potentiæ generandi.

Dico. Sola essentia non est absolutum potentiæ generandi; nec essentia, vt determinata relatione; nec vt intellectus formalissimè sub actuali intelligere: sed intellectus cum essentia in ratione obiect intelligibilis, habet rationem perfectè memoriæ, est proximum significatum potentiæ generandi, & memoria fæcunda Patris. ex locis vt supra, præsertim. 1.d.2.q.7.O.d.6.E.& L.quodl.2. O. & P.

Probatur. 1 contra Durandum, qui ex sola fæcunditate naturæ. 1 natura intellectualis non est immediatè sui communicatiua, vt natura angelica, vel humana; nèc spiritualiter absque intellectu, & voluntate. 2 natura intellectualis creata, siuè increata nihil vero, & propriè producere potest sinè actibus intellectus, & voluntatis; imo si Deus non esset formaliter volens, nil poneret ad extra; nam possibile, & contingens causari non potest ab ente necessario nisi actu libero, & contingente. 3 si essentia; eadem in Patre, & filio ad Spiritum Sanctum; & potentia generandi. 4 ad productionem verbi, & notitiæ genitæ non sufficit solum obiectum. 5 in substantia creata, potentia seù principium agendi, non est sola qualitas, aut ipsa nuda substantia, sed virtus, potentia, & perfectio conueniens substantiæ. vt in anima sunt potentiæ; sed in Deo perfectiones intrinsecæ sunt intellectus & voluntas; ergo non per essentiam solam.

Probatur. 2 quod non essentia vt determinata relatione; contra Thomistas. 1 relatio non est de genere actiuorum, ergo nèc fundamentum proximum potentiæ generandi. 2 essentia non modificatur à proprietate: nam pugnat actualitati. 3 potentia esset simpliciter perfectior filiatione; quia id quo producens producit, si non est eiusdem rationis cũ forma producti, continet eam virtute, & est perfectius. 4 filiatio non dat filio, quod agat, nèc ad extra, nèc ad intra; ergo nèc paternitas Patri, qđ agat. 5 confundit conditionem agendi, vt quod; cum rõne agendi vt quæ, & principio quo. 6 absolutum est terminus formalis generationis, ergo ratio qua agit absoluta; nam agens non communicat terminũ formalem, nisi agat forma æquè pfecta, vel perfectiore si sit æquiuocum. ℞. relatio modificat non re, & formaliter, sed nostro conceptu. C. potentia est formaliter in re, non secus ac persona producta, ergo non à relatione modificatur potentia, quæ non est forma actiua.

Probatur. 3 quod non intellectus, vt sub actuali intelligere præcisè, & formalissime. C. Suarez, Vasquez, & plures Thomistas. 1 intellectus vt præscindit ab essentia, nèc formaliter, nèc idẽticè primariam habet infinitatem; ergo non habet vnde producat subsistens, quod sit perfectè Deus. 2 sic pcisè pſcindit ab vnione obiectiua essentiæ; ergo ex se nequit da-

rē ꝓducto, nisi esse formale intellectus, nō deitatis. 3 intellectꝰ nudus est principium operādi, & ꝓducendi vt partiale, nō adæquatū. 4 vt actuale intelligere, ergo non est verbum essentiæ, sed notitiæ. 5 intelligentia, & notitia est vltima operatio intellectus, nèc ad alium terminum ordinatur, nō habet extra se opus; ergo vt intelligere p̄cisè, non est potentia generandi. 6 intellectus formaliter à parte rei non est sua intellectio; nèc essentia est intellectus; sed intellectio naturaliter præexigit intellectum cuius est; ergo non ab intellectu, vt formalissime est intelligere. 7 si in Deo nō est intellectus per modum receptiui; tamen per modum actus primi, seù virtutis operatiuæ, & productiuæ; ex qua intellectio, & productio, vt duo actus emanant. 8 ex vtero ante Luciferū genui te; vterus naturalis absque semine viri non est fęcundus, nec intellectus spiritualis vterus absque semine obiecti.

—Probatur. 4 ex quodlib. 2. P. 1. d. 2. qu. 7. O. Intellectus habens obiectum actu intelligibile sibi præsens, habet rationem perfectè memoriæ in actu primo, q̄ est immediatum principium actus secūdi, & notitię genitæ, intellectus in rōne potentiæ, essentia in rōne obiecti. 2 inter intellectum, & actum intelligendi distinctio ex natura rei; & intellectio, & productio sūt duo actus, quorum vnum naturaliter præcedit, nō tamen causa illius; pendent à memoria, quæ duo continent essentiam in rōne obiecti, & intellectum vt potentia; essentia est fundamentum in quo intellectus radicatur, & obiectum fæcundans intellectum; ad operationem, seù actū intelligēdi essētialem essentia, & intellectus sub actuali intellectione, nam est ipsamet operatio, ad productionē intellectus cum essentia in rōne obiecti, non vt intellect: sed vt communicabilis, & memoriæ fæcundæ. 3 verbum producitur à memoria Patris; memoria nō est p̄cisè intellectus, aut intelligere; sed intellectus cū essentia vt cōmunicabilis. 4. Aug. 15. trin. c. 14. Verbum nasci ab his, q̄ sunt in memoria Patris. 9 de trin. c. vlt. memoria est similis Patri. 5 potentia generandi est intellectus, non vt respicit essentiam, obiectum intellectionis: sed vt obiectum, & terminus cōmunicationis, & fæcunditatis naturæ. 6 essentia vt communicabilis præscindit ab vnione obiectiua; nèc verbum est nōa essentiæ; & verbum creaturarū scibilium, & possibilium; nam Pater non eget verbo vt intelligat; tantū appropriatè dicitur notitia, quia proles intellectus, nec est repræsentatio formalis, sed tantum idēticè; quia cōtinet essentiam, & notitiam omnium, & productioni per intellectum appropriatur nōa, vt productioni per voluntatem, & S. S. appropriatè est amor.

Arguent Durandus, & Thomistę. 1 in creatis sūt quę immediatè per naturam, vt principium producunt simile, sic elementa; nèc id est imperfectionis; ergo eminentius in Deo. 2 in creatis forma indiuiduans constituit perso-

nam; & sola natura substantialis principiũ quo; ergo in Patre, paternitas forma constituens Patrẽ & natura potentia generandi. 3 quo agens agit assimilat: sed Pater assimilat in natura, ergo natura est in eo potentia. 4 productio in Deo æquiuoca: iam paternitas, & filiatio, quasi specie differunt, ergo sola essentia quæ principium, & terminus formalis. Ad 1 vt aliquæ formæ imperfectiones sunt immediatè actiuæ, elemẽta, non aliæ perfectiores, vt lapides, & res inanimæ; sic aliquæ mixtorum se communicant; aliæ perfectiores non, vt formæ cæli, & Angeli, ex perfectione præcisè non colligitur communicatio, sed quia talis, & talis naturæ. 2 forte elementa actiua, quia principia mixtionum, & corpora simplicia, vt alia sint; inanima non actiua, nèc mixta aliqua, quia non ordinata ad communicationẽ naturæ; quia ordinata ad aliorum communicationem, non suam. Angeli, cæli, non se communicant in natura; quia causæ dispositæ vt perpetuo influant; quia Angeli assistunt, vt perpetuo promoueant ad Deum. tantum Deus, & causa, & communicat se ad intra, & ad extra; nèc ex fæcũditate amittit, nèc ex causalitate ad extra inficitur. 3 vltimæ differentiæ rerum ignotæ: aut talis est naturæ. Ad 2 essentia est potentia non nuda, sed cum suis principijs, & potentijs intellectu, & voluntate. Ad 3 cum forma agentis ex se immediatè actiua, vt non est natura intellectualis, vel configurat identicè pro fundamento, & vt comprincipium. Ad 4 vniuoca à principio, & termino formali, est forma propria producẽtis, & pducti. 2 si relationes, quasi specie, & alterius rationis, tamẽ includũt essentiam, quæ formale principium, & terminus. 2 in creatis limitata est natura, nèç tota pfectio in vno. Ais, communicare se in identitate naturæ solius est Dei, ergo natura vt determinata relatione. ℞. natura intellectualis creata, vel increata nihil propriè producit sine intellectu, & voluntate. 2 natura vt coincidit cum memoria. 3 relatio emanat, pertinet ad quod gignentis, & ad quod geniti.

Arguent Suarez, Vasquez, Caet. 1 Verbum est à Patre per intellectum, ergo essentia vt formalissimè intellectus est potentia. 2 Verbum exprimitur formalissimè per intelligere Patris; & intellectio est per modum purissimi actus. 3 intellectus sufficienter fæcundus ex sola identitate cum essentia. 4 summa vnitas, & identitas realis, imbibit vnitatem obiectiuam, vnio enim obiectiua, cum potentia obiecto, re, loco, & subiecto non distat. 5 nihil addit præsentia obiectiua ad vnitatem, & identitatem, ergo formalissimè idem. Ad 1 ab intellectu non nudè, vt habet rationem perfectæ memoriæ. 2 fæcundus præsentia essentiæ. Ais; vt fæcundus non attingit formalissimè per intelligere; ergo essentia vt intellectus. ℞. attingit per dicere in actu secundo; in actu primo intellectus

cum

cùm præsentia essentiæ. Ad 2 intellectus non habet rationem potentiæ receptiuæ, vt noster; sed rationem potentiæ fæcundæ operantis, & producentis. 2 actus qui manat à principio sine imperfectione, & causalitate. Ad 3 præsentia obiectiua est motio realis potentiæ ab obiecto intelligibili. 2 motio non qua res diuisa in partem per se mouentem, & partem per se motam; sed quæ potētia, & obiectum in actu primo fiunt in actu secundo. Ad 4 vnitas entitatiua est alterius rationis ab obiectiua. 2 identitas animæ cum intellectu non facit potentiam obiectiuam pro statu isto; sed impeditur sensibus. Ad 5 addit applicationem virtutis mouentis intellectum ad operādum, & producendum. 2 addit ad actū primum actum secundum. 3 ad esse, operari, producere, & se cōmunicare. Ais si potentia vt Patris; ergo in filio possibilitas ad produci. Respond. potentia actiua est perfectionis; passiua imperfectionis, ex parte producentis potentia; ex parte producti non possibilitas, sed terminus ꝓduct⁹.

An potētia generādi sit in filio. 4.

IN filio idem absolutum, quod nomine potentiæ est in Patre; non tamen sub ratione potentiæ, quia illud absolutum, nec proxime, nec remotè retinet formalitatem potentiæ; quia nó cum per se requisitis ad essentiam potentiæ; vt sit primo in aliquo supposito in quo non sit per productionem adæquatam accepta, & secūdo cum ordine naturalis prioritatis ad terminum. Ideo in filio non est fundamētum huius relationis potentiæ generandi, quia illud absolutum non est sub ratione potentiæ quo ad actum notionalem, quia non est sub ratione prioris ad illum actum. In filio tamen, & S.S. est eadem omnipotentia ad omne possibile; & omnis perfectio absoluta; non tamē in filio esse omnem potentiam, seù potentiam ad omnem actum, quia non actum notionalem generandi, vt nec in S. S. ad notionalem spirandi.

Dico. Nèc proximè, nèc remotè; nèc formaliter, nèc pro fundamento est potentia generandi in Filio; & si totum absolutum, non cum formalitate potentiæ. Scot. 1. dist. 28. F. non eadem potentia in Patre, & Filio; vt eadem omnipotentia respectu eiusdem possibilis. quodlib. 2. P. 1. d. 7. q. 1. E. Probatur: forma quæ in supposito est principium producēdi ꝓductione adæquata, alteri supposito principium producendi esse non potest, sic memoria fæcunda in Patre principium; ergo eodem non est in filio. Maior; si idem calor est igni principium calefaciendi lignum, calefactione illi adæquata, & permanente; non posset esse in ligno principium calefaciendi. nam calefactio noua non posset esse sine nouo calore, sed idem prius in ligno calefaciente, & ligno calefacto; ergo reproduceret se. 2 suppositum accipiēs numero formam per produ-

ductionem adæquatam, nequit amplius per illam formam producere; quia rationem formalem principij agendi non habet; nèc cum ordine prioritatis ad terminum. 3 nullus dicitur habere formam in abstracto, nisi eam habeat, sicut ipsa haberi nata est; vt albedo si habetur vt forma informans habetur; at potentia generandi apta est haberi, vt principium actus generandi. 4 Gerundium constructum cum potentia, notat actum vt egredientem à supposito, cuius est potentia; vt potentia sciendi, aut videndi notat actum vt egredientem, vel potentem egredi ab illo cuius est scientia; potentia videndi non modo est in me, vt forma, sed vt principium mihi intrinsecum. 5 formaliter est respectus actualis ad suum terminum; pro fundamento est cum ordine prioritatis ad actum; memoria fæcunda non habet in filio hunc ordinem prioritatis ad terminum; nèc sub effectu priori habet, ergo nèc remotè, aut pro fundamento. 6 omne absolutum est necessario commune tribus: sed sub ratione operandi; non sub formalitate potentiæ.

Respondent Mayronius, Marsilius, Suarez, plures Thomistæ, potentia productiua ad intra, quo ad formale, est per se, quid absolutum, commune, connotans relationem, vt conditionem necessariam; si filius potest generare, non generat; non defectu potentiæ, sed quia alia impossibilis. 2 quia potentia est sub opposita relatione generationi; passiuè. 3 quia habet terminum adæquatum. 4 quia remota non proxima. 5 ex Augustin. quia immoderata esset generatio. C. 1. non esset impossibilis per locum extrinsecum, quia nil esset quod impediret; nèc intrinsecè, quia potentia C. 2. in Spiritu Sancto non sub opposita relatione. Item oppositæ origines impossibiles, vt idem non se gigneret; non quin alium. C. 3. in Spiritu Sancto non habet terminum. 2 à filio formalitatem potentiæ non tollit. 3 si intensiuè, & extensiuè, iam non habet formalitatem potentiæ. C. 4. si non in vltima dispositione, vel quia extrinsecè impedita, vel quia passum non debite approximatum. 2 dispositio est modus in supposito conueniente, cum ordine prioritatis ad actum, sine absoluto potentiæ formalitatem non habet. C. 5. Augustin. contra maximum, Patrem generare filium sibi æqualem, filius non generat sibi æqualem; non quia non potuit, nèc quia non voluit: sed quia non oportuit; vbi non potentiam generandi cum filio posuit, sed æqualitatem omnipotentiæ, sub qua potentiam generandi, posuit Maximinus. 2 potentiæ generandi non respondet in filio possibilitas repugnans necessitati, sed tantum produci; nèc effectus causatus, qui est alius in natura, sed ratio principiati; ideo potentia generandi, Patris, nèc ex eo filius impotentior. 3 si potentia in filio, quæ numquam exiret in actum. inanis, & imperfecta.

fecta. 4 naturalis esset, nec impedibilis, naturaliter ageret.

Arguent Mayronius, Suarez, Thomistæ plures. 1 potentia generandi præter actum tota est absoluta, ergo in filio. 2 potentia generandi non secus, ac potentia essendi. 3 formalitas potentiæ inseparabilis à memoria perfecta. 4 si non absolutè, neque in patre; nam filius æquè habet perfectam memoriam. 5 quicquid in Patre præcedit generationem est commune filio; sic potentia generandi. 6 filius expressa Patris imago, ergo vere potentiam habet generandi, vt Pater. 7 Pater communicat filio, quicquid potentialitatis habet. 8 Scotus sępe, principium productiuum formaliter acceptum non producit in eo supposito, in quo productione adæquata receptum est. 9 potentia passiua non in Deo, etiam si sit coniuncta actui; quia imperfectio ergo actiua, potentia in filio quæ perfectio, & si distet ab actu. d. 27 q. 2. E. Ad 1 entitas absoluta non est formalitas potentiæ, nisi sub ratione prioris ad actum, & terminum. Ad 2 potentia creandi est ad possibile, non necessarium, potentia generandi excludit à producto. 2 absoluta entitate imperfectio simpliciter, non quo ad formalitatem potentiæ, cum ordine ad terminum. Ad 3 potentia non est affectio memoriæ absolutè; sed in supposito cum ordine prioritatis ad terminum. Ad 4 potentia cum illo gerūdino, non determinat actum esse à supposito determinato, sed præcisè à forma: at in filio determinat suppositum. 2 memoria vt principium formale supponens simpliciter; non vt supponēs personaliter. 3 est principium generandi non vt relata ad nullum suppositum; sed in supposito à se. Ad 5 quod præcedit generationem, & ordinem prioris originis ad terminum non habet esse commune. Ad 6 imago non vt potentia formalis generādi; vt nec vt actus generationis: sed quia similis in natura vi processionis. 2 quia ab intellectu exprimitur à Patre. Ad 7 de potentia agendi ad extra, vt omnipotentia. Vel essentiam, & omnia habet, vt Pater, præter notionale, vt est potentia generandi sub ratione prioris ad actum. Ad 8 quia formalitatem non retinet principij, & potentiæ, vbi productione adæquata est receptum. Ad 9 possibilitas, & passio repugnat Deo; potentia actiua distans ab actu, etiam imperfectio. 2 potentia ad intra non distat ab actu; ideo si in filio nequit esse sub actu, non est potentia generandi.

DE PROCESSIONE Spiritus Sancti.

TITVLVS XVIII.

An Spiritus Sanctus procedat à Patre, & filio. 1.

IN Deo verè altera processio p voluntatem; quæ sua ratione formali principium productiuū; & vt intellectus ꝑducit adæquatum

tum

tum memoriæ Patris, ita voluntas amorem, & Spiritum Sãctum adæquatum obiecto, & essentiæ: nam vt voluntas producit amorẽ, quantum ipsa potest; volũtas diuina quia infinita, & obiectum infinitũ productiua amoris formaliter infiniti; infinitus amor productus nõ est inhærens; subsistẽs, & psona producta, & essentialiter Deus. Vt actus quo producitur Verbum nõ est formaliter intelligere, sed dicere; ita actus quo procedit Spiritus Sanctus nõ est formaliter velle, sed spirare. ordo, generationis, & spirationis non est durationis, & in essẽdo, vt vno instanti sit vna, non alia: sed tantum naturalis præsuppositionis. In Patre intellectus, & volũtas; fæcũditas intellectus præsupponitur fæcũditati volũtatis, & actus vnius naturaliter prior actu alterius In signo seù instanti naturæ quo generatio est ad Verbũ terminata & omnis perfectio est à Patre generatione communicata, quo ad esse, & agere; tã actu primo, quã secundo. An ergo processio S. S. quæ supponit filium, sit à Patre, & etiam à filio.

Dico. Spiritus Sãctus verè procedit à Patre, & filio. 1. dist. 11. q. 1. est de fide; contra Grecos. Probatur, ex Symbolo Nicæno, qui ex Patre, filioque procedit. Athanasij Spiritus Sanctus à Patre, & filio. Definitur de sum. trin. C. firmiter. Ad Galat. 4. misit Deus Spiritum filij sui. Rom. 8. si quis Spiritum Christi non habet; vna p sona non est alterius, nisi à qua procedit, vt matt. 10. Verbum Patris, Spiritus Patris. 2 vna non accipit ab alia nisi ab ea procedat, Spiritus Sanctus accipit à filio. Ioan. 16. de meo accipet, & annũciabit vobis; accipit non disciplina, vt ignatus, sed æterna processione à filio. Ioan. 16. omnia quæ habet Pater, mea sunt. 17. Pater mea omnia tua sunt; Pater habet vim spirandi, quæ non repugnat filio. 3 Vna non mittitur extra ab alia, nisi verè procedat intra ab illa; missio extra manifestat personam procedere ab ea, Spiritus Sanctus mittitur à filio; Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre. 10. 15. si abiero mittam eum ad vos. Ioan. 16. Assumptum, ex Aug. 4. trinit. c. 20. filium mitti est nasci, Spiritum Sanctum mitti est procedere. 4 ex Concilijs, Nicænum secundum sub Adriano primo vbi lectum est symbolum cum additione. qui ex patre, filioque pcedit. Lugdunẽse sub Greg. 10. Lateranens. sub Innoc. 3. Florent. sub Eugen. 5. Ex patribus et Græcis; Basil. lib. 3. c. Eunomium S.S. natura tertius, & secundus à filio, Epiphan. in Archorato, nũc S.S. esse exitum ex Patre, & filio: nunc dicit ab vtroque. Chrisost. tom. 5. hom. 1. de symbolo, appellat S.S. procedentem de Patre, & filio. Athan. non tantum in symbolo. serm. 4. contra Arianos, non tria principia, aut tres Patres introducitur, vt Marcionistæ: sed vnicum solem, eiusq. splẽdorem, & ex vtroque lucem procedentem, vbi S.S. lux procedens ab vtroque. Hilarius 12. trinit. S.S. qui à te per vnigenitum est. Anselm.

de

de processi. Spir. sancti. Cirill' in in defens. noui anatismatis; quę de Patre dicuntur, oportet intelligi de filio, si ratione filiationis non repugnant.

Probatur ratione Scoti 1 habens principiū productiuū pfectū, pri' quā intelligatur esse productū, verè potest illo producere si nō dependet; & si est necesse esse necessario pducit, filius habet pricipiū productiuū Sp'. sācti, priusquā intelligatur productū ponit & nō depēdet, ergo producit. Minor habet voluntatem fęcūdā, vt principiū spirādi amorem adequatū, subsistērem, cum ordine prioritatis ad suū terminū: nam productio p intellectum pri' naturaliter, quā voluntas sub actu spirandi est in Patre, & filio ante processionē Spiritus sancti. 2 si filius nō habet vim spirandi, ergo nō totam substātiam Pater cōmunicat filio; nam vis spirādi ad Patris substātiam ptinet, & est vis qua psonis natura cōmunicatur; nec ptinet ad originē passiuam filii. 3 actus primi & pfecti, quem ordinem habet inter se eūdem habēt in eliciēdo suos act'; sed intellectus & voluntas sic se habent, vt velle pręsupponat intelligere; & spirare pręsupponat dicere; & quod presupponitur ante productionē, est ita pfectum ad producēdum, & eiusdem naturę, & indiuiduę virtutis, vt producens; ergo quia filius ante processionem Spiritus sancti est ęque pfectus, & indiuiduę naturę vt Pater, producit simul cum Patre. 4 Tria illa signa originis quæ à Theologis sunt ad intra constituta; A quo alius, quis ab alio, & quis ab vtroque; nō claudicant. 5 Concil. florēt. addit; qui proferunt Spiritū Sanctum à sola Patris persona procedere, substātiam ab hypostasi separant, & partitionem imaginantur diuinę substantię; quasi diceret, si eadē substantia, & vis nō dum cōmunicata Spiritui est in filio, vt in Patre; quomodo non producit, vt Pater? Riccardus probat; si nō Spiraret, nō pfecta imago Patris. C. filius ex vi processionis suæ per intellectum est imago, non à productione Sp. Sancti. Thom. si Spiritus Sanctus nō esset à filio, non distingueretur ab eo. C. esto ex impossibili; adhuc filius esset vt natus, & Spiritus Sanctus vt datus; processio filii posset intelligi per intellectum; & Spiritus Sācti per voluntatem. *Alii*, in essentialiter ordinatis, tertium non reducitur ad primum nisi per secūdum, perfectè volitum supponit perfectè cognitum; ergo Spiritus Sanctus supponit filiū; nec est à Patre nisi per filiū. C. ex his tantum Spiritus Sanctus supponit filium, & vnum potest alteri prosupponi, & non esse principium.

Argunt Græci 1. ecclesia non potuit definire de fide, esse à Patre, & filio; cum non sit expressū in scriptura. 2. nusquam dicit Spiritum Sanctū procedere à Filio; Ioan. 16 de meo accipiet, & annunciabit vobis; exponi potest, loquetur consona his, quæ ego docui. Vel ex eodē Thæsauro Pa-

tris, vnde ego accepi; si accipiet in futurum, nō eterna processione. 3 Illud Ioan. 15. Spiritus paraclitus, quem ego mittā vobis à Patre, hec missio non signat processionem internam, sed missionem externam, quæ consistit in distributione donorum Patris; imo scriptura dicit filium mitti à Sp. Sancto, à quo nō procedit; Isa: 48 Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. 4 Conc. Generalia Nicænum, Chalcedonense, Cōstantinopolitanum, & Ephesinū nil huius rei definiunt. 5 imo nèc in quinto conc. quod fuit constantinopolitanum secundū; nèc in sexto quod fuit tertium constantinopolitanum: sed in septimo, quod fuit Nicenū secundū; nec in Grecis codicibus habebatur. imo Damasc. qui floruit tēpore conc. septimi, lib. 1. c. 11. Spiritum Sanctum ex Patre dicimus, ex filio non dicimus. 6 non poterant latini illā additionem ponere, absque consensu Grecorum; præsertim cū tertiū concilium generale prohiberet, ne fieret mutatio circa symbolū. 7 Cirillus, Basili⁹, Nazianzenus, Damasc. lib. 1. c. 8 Spiritum à Patre procedentem, & in filio quiescētē; & Theoderetus, Theophilatus, & alij negant.

Addūt rationes. 1 In quo quis quiescit, non exit ab eo; Spiritus Sanctus quiescit in filio; Isai. requiescet super eum Spiritus Domini. 2 in imagine creata in nobis amor non procedit à Verbo; ergo nec in Deo. 3 spiratio passiua vnius psonę; ergo actiua. sequela; relationes oppositæ, ęquè pfectæ, & æquè incommunicabiles. 4 simplex non à pluribus producibile; secus maior simplicitas in producto, quam in producente. 5 Pater sufficienter spirat, ergo superfluit filius. 6 duo essēt principia totalia vnius producti. 7 nexus est Patris, & filij; ergo quiescit in filio; nā nexus est medium vniēs extrema. 8 plures tribus essent personę; nā processio motus ab vno in alium, ergo alia persona. 9 Vnus est, ergo vnū habet principium, non duo; vna spiratione pcedit, nō duabus. 10 si à filio, ergo filius similior Patri, quā Spiritus Sanctus; quia spirat cum Patre, & non Spiritus Sāctus. 11 p intellectum filius non producit Verbum; ergo nèc voluntate spirat: nam ęquè sunt perfectæ.

Ad 1. sūmus Pontifex pręest ecclesiæ, & potest definire res fidei, cū est necessē. 2 si nō est expressū, potest colligi euidenter. 3 descēsus Christi ad inferos est artic. fidei, nec expressus in euangelio. multa expressa, alia deducta; & p vt tēpus exigit ecclesia declarat. Ad 2 si accipit à filio, non disciplina, vt ignarus, sed æterna pcessione. 2 si de thesauro Patris, qui est essentia cōmunis Patri, & filio, iam accipit essentiā, & scientiā à filio. 3 Accipiet; quia processio æterna, & continet omne tempus; & de æternis, propositiones pro quouis tēpore expressę sunt verę. Vel accipiet pro futuro; quia cum ordine ad effectū

fu

futurũ in tẽpore, mittẽdus; vt veniret, & descenderet supra Apostolos die Pẽtecostes. Ad 3 mittere est mixtum ex essentiali, & notionali, dicit relationem originis, & habitudinem ad creaturam. 2 nulla mittitur, nisi quæ habet aliam de qua sit, August. 4 trinit. c. 10. 3 si mitti, est tantũ dona dare; ergo filius, & Spiritus mittunt Patrem, quia prębent dona Patris. 4 cũ scriptura dicit, quod Pater misit filium, nõ est sensus, quod miserit dona filii: sed filiũ suum; ergo cum filius misit spiritum, spiritum suũ misit. Ad id; scriptura dicit filium mitti à Spiritu Sancto, à quo non procedit. ℟. missus vt homo, non vt *Deus*. 2 pro vt mittere est effectũ ad extra causare, sic operatio indiuisa. Ad 4 Primum Conc. Nicænũ; tantum in symbolo posuit. Et in Spiritum Sanctũ, quia, vt ait Nazian. ep 2. ad Celidonium, non dũ orta quæstio de processione Spiritus Sãcti: sed deitate Christi, contra Arium. In Constantinopoli. 2 additum fuit, qui ex Patre procedit, contra Macedonium, qui dicebat Spiritũ Sanctum esse creaturam à solo filio productã; iuxta illud Spiritũ filii sui; ita Basil. 2 cont. Eunomium. Tertio in Ephesino contra Nestorium, qui duas pſonas ponebat in Christo, approbata est epistola 10. Cyrilli Alex. quę est primo tom. cõc. ephesini; vbi dicitur, Spiritus veritatis, & veritas Christus est, & effunditur ab eo, sicut ex Patre. 4 in Calcedonensi contra Eutichẽ, & Discorum, qui vnam in Christo dabant naturam, confirmatę sunt Epistolæ synodales Cyrilli, & ita in constantinopolitano secũdo, & tertio, quæ est quinta, & sexta synodus Generalis; Inde in septima synodo sub *A*driano primo, additum est symbolo Nicæno; qui ex Patre, filioque procedit. Ad 5 etiã in 5. & 6. constantinopolitana synodo, nã approbatę epistolę synodales *Cyrilli*; vbi Spiritus Veritatis dicitur procedere ex Christo, vt ex Patre. Nec dicant, in Græcis codicibus Ephesini non haberi hoc additum. ℟. ex concil. florent. sess. *6* & *7*. vbi expositũ exemplar antiquissimũ cum hac additione. In cõc. Rom. sub Damaso. In concil. tolet. 3. in conc lugdun. sub *Greg.* 10. later. sub Innoc. 3. *Damasce*nus aut decessit ante septimã synodum; aut scripsit ante cõciliũ.

*A*d 6 Gręci scismatici, qui negant primatum Pontificis, adhuc negant posse definire res fidei. 2 cum necesse est; coacto concilio & si nõ omnes adsint, potest quę sunt fidei decernere. 3 conc. prohibet nè fiat mutatio, non additio. ne addant contrarium, non si explicent. Ad 7 à Gręcis ante ecclesiæ determinationem, sine nota heresis poterat ãplecti. 2 multi Patres Gręci dicunt ex Patre, non vt excludat à filio: sed quia voluntas est in filio à Patre, in patre à nullo, ex Patre dicimus autoritatiuè, subauctoritatiuè à filio. 3 multi Patres negant Spiritum filii, ne crederetur filius filii, hinc Basil. lib. 5 contra Eunomium, c. 12. non est filius filii, nõ

quia ex Deo nō sit per filium, sed ne suspicemur trinitatem multiplicari in infinitum. Vel quiescit in filio; quia voluntas Sp. sancti fœcunda est in Filio à Patre. Theoderetus, & Theophylactus; anno 403.& 840. si ab eis cępit error; non tamen defecerunt tunc Græci à latinis, sed tempore Leonis 9. Michaele Patriarcha constantinopolitano ãno 1050. irrepserunt cōtra ecclesiam latinam: sed iusto Dei iudicio, statim sub tirannico Turcarum iugo Græci traditi sunt, in ipsis met feriis Pentecosten Spirit. Sancto dicatis.

Ad rationes. Ad 1 in actu primo, voluntas, & principium spirandi est à Patre in filium, in quo quiescit. 2 si in actu secundo, quiescit in filio, quia non spirat volũtas Sp Sm̃. anteq̃ sit in filio. Ad 2 Verbum nostrum est accidens cui non communicatur natura. 2 suo modo volũtas fertur in precognitum; & amor est precogniti amor; at in *Deo Verbum* est esse Dei, ideo Spiritus Sanctus est à *Verbo*. Ad 3 Vna *pſona* duabus productionibus totalibus nequit esse: vna tamẽ pluribus productionibus potest cōmunicare naturam; sicut & plures vnica productione. 3 essẽtia Dei nō potest pluribus productionib' haberi in eadẽ persona; sed eadem vis producẽdi potest esse in pluribus, si eadẽ sit natura. Ad 4 vnico principio, & vnica productione spirant; vt simplex virtus in vno, & in vtroque. Ad 5 non indigentia, nec quia eget auxilio: sed quia eadem vis, & principium spirandi in vtroque. 5 Pater sufficiens ad creandum. omnes tamen creant, quia eadem vis, & potentia creãdi est in tribus. Ad 6 multiplicatio huius cōcreti duo, exigit formę, & suppositi dualitatem. Ad 7 nexus non vt medium vniens extrema, sic esset media pſona, nō tertia: nexus quia conueniunt in communi producto, & cōmuni productione. quia appropriate amor Patris, & filij. Ad 8 processio in *Deo*, non est progressio ex vno in alium locum: sed origo subsistentis personę. 2 processio in creatis est exitus, motus localis; aut exitus causati a causa, & requirit tantum à quo; in Deo est productio termini, ideo tot ꝓductiones quot producta. Ad 9 Vnus, & Vnum habet principiũ in duobus; vt vnum principiũ creã in tribus. 2 pluralitas producentiũ; non exigentia producti; sed necessitate virtutis spirãdi in duobus. Ad 10 similitudo ex essẽtia, non notione. 2 vt producere, & produci ad intra nō faciunt magis Deum; nec spirare, & spirari. Ad 11 intellectus in filio habet terminum adequatum, non voluntas. 2 nō est sub ratione priori ad terminum, vt voluntas.

An Spiritus Sanctus procedat à Patre per filium. 2.

PRæpositio per addita ad Verbũ transitiuũ, producere, creare, vt Pater creat ꝑ filiũ, sic notat in casu subauthoritatem; si est cũ verbo intransitiuo, vt intel-

tel-

telligere, amare, viuere; sic nota tur authoritas efficientis, vt homo viuit per Deum; formalis vt homo scit per sapientiam. Immediatè agere immediatione virtutis, cum producens attingit productum, virtute sibi inexistente, immediatione causæ cum sine cõsortio alterius causæ, aut eiusdẽ, aut alterius generis; Deus immediatè creat; mediatè dum cũ voluntate creata, conuenit ad actũ volendi. Rursus immediatè; immediatione suppositi in essendo; vel immediatione suppositi in agendo; in essendo si producens à producto nõ distat loco; vel inter producens, & productũ aliud mediat impediens cõtactum, vel intimam præsentiam; solus Deus immediatè immediatione in essẽdo, quia immensitate vbique; sol contactu virtutis; agens corporeum totum corpus generat, tantum præsens secundũ vltimã superficiem. Immediatione suppositi in agẽdo, sol in visceribus terræ producit aurum, distat, tamen actio à supposito immediatè; mediatè, si per suppositum alterius, calefactio mediatè ab igne, si per aquam calidam. Pater immediatè virtute sibi inexistente, & à proprio supposito: vel mediatè, si virtus communicata filio, sit tantũ à filio, vel ab ipsis vt à duobus principiis. sensus ergo potest esse; an Pater per filiũ spiret vt actio sit in vna persona, per q̃ alia producat, vt homo per semen gignit hoẽm aut melius vt Pater per filium producit nepotem. Vel vt dicit modum qualificatiuũ actionis à supposito, qui modus auctoritate, & subauctoritate cõsistit, vt in vna persona ab alia communicatur; vna persona agit per aliam, producit cum illa per modũ authoris cõmunicãtis actionem, & virtutem: Deus multa per creaturas producit, non quod immediatè non attingat, nec nõ habeat virtutem, sed per modum authoris eis vim agẽdi cõmunicat, & secũ agere sinit; hæc vt exẽpla, in quãtum possunt, valeãt. Spiritus Sanctus verè persona producta, non à se; nihil producit se ipsum, nec à solo filio, quia filius quicquid habet, est à Patre; & principiũ cõmunicandi essentiam nõ est filiatio; ergo aliud idem cum Patre. nam Pater habet à se volũtatem fæcundam principium sufficiens spirandi; & immediatè inexistens, & præexistens in Patre vis spirandi communicatur filio, nõ virtute potentiali, sed totali simplicissima, vna numero duobus suppositis; nam vis spiratiua inuoluit essentiam, & voluntatẽ, q̃ est perfectio simpliciter, & vt in Patre, & filio habet ordinẽ prioritatis ad suum terminum.

Dico: Pater spirat per Filiũ; nõ mediatè mediatione virtutis, causæ, aut suppositi; nec absolutè virtus, actio, principium sit solum in Filio: sed quia dicit actionem cum authoritate respectu personæ per quam spirat; Pater spirat, per filium, quia per virtutẽ spirãdi communicatã filio, Pater, & filius producunt Spiritum Sanctũ ita d. 12. q. 2. ad 2. vbi exponit authoritatẽ Hilarii c. 22. trin.

Spi-

Spiritum Sanctũ, qui à te per vnigentũ est, promerear. 2 Pater spirat Spiritum Sanctũ per eandem fæcunditatem, quã in se formaliter retinẽs, cõmunicat filio; ergo si spirat per filiũ, vt per personã secum spirantẽ. 3 cũ vnum per aliud agit; per, aut est ad verbum transitiuũ, vt producere; aut intransitiuum, vt amare, intelligere, viuere; si ad transitiuum sic ei cui additur, notat subauctoritatem, vt Pater creat per filiũ; spirat per filium; hoc est vim creãdi, vim spirandi communicat, & exercet cũ filio. 3 vis creandi est cum filio, at extra se, & in alia natura; vis spirandi est cũ filio, at ad intra, & in eadẽ natura. 4 Pater spirat per filiũ; spirare est Verbum transitiuum respectu termini producti; nõ respectu causæ, aut efficiẽtis, aut formæ; quia in Deo ad intra nèc causa, nec efficiens, nèc ratio formæ; causa efficiens homo viuit per Deum, & à Deo, forma homo sapit per sapiẽtiã, quæ ipsum perficit; nec vt instrumento, naturę, ignis calore; artis, faber per malleum; nèc per aliã concausam, vt Deus mouet cælum per intelligentiam: sed vt per fæcunditatem cõmunicatam sibi à Patre.

Vrgent Arius, Ariani, & Macedonius Hæretici; qui S.S. puram creaturã à solo filio productam. 1 Patres Græci Spiritus Sanctus est à Patre per filium; Hilar. L. de trin. c. 22 S.S. qui à te per vnigenitũ est. Damasc. L. fidei c. 18. S. S. per filium coniungitur Patri. Greg. Nyssen. orat. quod non tres Dij; filius sine medio ex prima persona; Spiritus Sanctus ꝑ id quod immediatè. 2 Riccard. 6. trinit. Spiritus Sanctus mediatè, & immediatè procedit à Patre, à filio immediatè tantum. 3 si Pater immediatè, respectu filii, iterum immediate respectu S.S. ergo duplex principium ad intra realiter distinctũ. 4 ordo in Deo; nõ ab alio, a quo alius Pater; ab alio, à quo alius filius; ab alio, à quo nullus Spiritus Sanctus, ergo Spiritus Sanctus totus ab alio, vt filio. Ad 1 Patres volunt S.S. à Filio immediate procedere. 2 sępe Spiritum Sanctum effectum in tẽpore nobis per filium cõmunicatum. 3 modũ dant quia si per fæcunditatem communicatã à Patre, per illam, qua authoritatiue spirat. 4 quia productio per voluntatem supponit productionẽ intellectus. Ad 1 immediatè quia à se; mediatè quia fecunditatem filio communicat. 2 non mediate per filium, vt causam, principium formale, aut instrumentũ. C. Deus ad extra mediatè per causas agit, & eis virtutem cõmunicat; ergo si filio vim spirandi dat; nõ tollitur quin mediatè per causam. R. aliam virtutem dat causis, saltim formaliter, imo realiter; in personis eadem vis formaliter, & realiter; ideo non vt prima, & secũda causa. Ad 3 principium concretum plurificari nequit, nisi cum plurificatione formæ, quæ est ratio producendi, plurificentur supposita. Ad 4 ab alio à quo nullus, vt processio passiua S.S. nõ in processione actiua, nõ dum

dum cōmunicata. 5 ab alio, quia supponit processionē intellectus 3 ordo originis; a quo quis, quis ab alio; quis ab vtroque.

An processio Spiritus Sancti sit generatio. 3.

GEneratio in diuinis est habitudo naturalis producētis ad productū; quæ naturalitas est ex parte pducentis, qui pducit primo naturali inclinatione sui ad agendū; Quo modo non spirant Pater, & filius. Nam licet generatio 5; phys .7 sola sit ad substantiam, aliæ mutationes ad formas accidentales; & in creatis sola naturalitate, & inclinatione principii passiui possit dici generatio; vt si voluntas mea, ex impossibili, ignem de materia ligni generaret, passiua generatio naturalis esset, ex sola inclinatione potentiæ ad formā, licet actiuum esset liberū; nam mutatio naturalis, cū subiectum mouetur sicut aptum est moueri à quocumque agente fiat. natura enim 2 phys. 3.& 7.32. quæ est internum principium ratione principij passiui, non tantum vt de materia: sed de forma. At in Deo cum nullū sit subiectum, nèc materia, aut quasi materia; imo essētia æquè, ppensa ad proprietatem S. S vt & Filij; nec ibi sit passiuū, quod respectu sui actus perfectiui est imperfectio, habitudo relatiua p ducentis ad productū suam naturalitatē sortitur ex parte pducētis, naturaliter inclinati, seù intrinsece determinati ad actū productionis. Generatio ergo est ex pricipio naturaliter inclinato ex se, & intrinsecè per formam naturalem, ad vnum determinata in similitudinem naturæ. Voluntas in Deo verè principium productiuum ex sua ratione formali, at producit amorē liberè adequatum, cōmensuratum essentiæ infinitæ in genere entis. & vt creata producit amorē quantum potest; diuina, quia infinita, & obiectū infinitum, est principiū producendi amorem infinitum; infinitus amor productus, non inhęrens, sed subsistens, est psona, & essentialiter Deus, non formaliter vi processionis formalissimè, quia non vi principii vt volūtas; sed quia amor infinitus à volūtate infinita adęquatus in essendo: non tamen à principio naturali, aut per modū naturæ: sed per modum voluntatis.

Dico. pcēssio S.S. nō est gñatio qa nō est naturalis origo, & per modū naturę 1.d.10.& 11.q.2.D.distin. 13. 3. dist.8. q. vnic. quodl.2. Probatur Ioan.1. unigenitus, qui est in sinu Patris, ergo Sp. S. non est genitus. Psal. 2. filius meus es tu. Athan. a Patre & filio nō factus nec creatus nec genitus, sed procedens. 2 Aguſt. 5. trinit. c. 14. S. S. nō exit vt natus; sed datus, procedere per modum dati, & amoris nō est origo naturalis, sed voluntatis. 3 filiatio habitudo p ductinaturaliter similis in natura; naturalissimū est viuentib⁹ generare sibi simile, productio spirit⁹ sancti nō est opus nature, sed voluntatis. 4 pductio filij a principio

cipio ꝑ modū naturę. spiritꝰ sancti per voluntatē; quę se determinat necessario, aut contigēter, cōditione obiecti primarii, aut secūdarii; 5 si intellectꝰ, & voluntas perfectè equātur, in operādo & essendo diuinę naturę, & vtrūque productum est ęque ens perfectum & Deus, tamen intellectus potentia naturalis, voluntas essētialiter libera, nō ex se determinata, sed se determinat, & ad intra necessario. 6 filius est imago, & vitalis representatio; spiritus sanctus amor, & donū, 7 illa origo viuētis similis in natura, naturalis similitudo: spiritꝰ sanctꝰ nō est origo naturalis: nam voluntas nō essētialiter determinata ad vnum. 8 intellectus est principium naturale ad vnū. & per formā, qua est producit simile, intentionale vt in creatis, aut reale vt in Deo; voluntas nō est intrinsece determinata, sed seipsā determinat in actu secundo; nec agit vt essentialiter determinata, nec per se intrīsece, sed per formam, quæ est ipsa voluntas, sui natura seipsam determinans; esto cum necessitate. 9 naturale quod opponitur libero, sui natura ad vnum determinatur, nec habet in potestate sua se determinare; voluntas se ipsā determinat ex sua rectitudine ad obiectum infinitè amandum, et communicandum; productio filii est origo naturalis, ex intellectu sui natura ad vnum ex naturalitate principii, productio S. sancti ex voluntate, quę se determinat, & libertate principii essētialis; quę si ad intra non sit exercitii, vt valeat spirare, & nō spirare: sed necessaria necessitate ꝓductionis adequati amoris, ex infinitā rectitudine volūtatis, & infinita obiecti bonitate exoritur cum essentiali rōne prīcipii, nō naturaliter determinati, vt est intellectꝰ, sed se determinātis vt est voluntas.

Arguent primo. Productio suppositi in natura substātiali est generatio. 2 est origo viuētis à viuēte in similitudinē naturę. 3 motus specificantur ex terminis 5 phis. 48, idem vtriusque productionis terminus essentia. 4 tam intellectus q̄ voluntas habent communē rationē vt sint in similitudinem naturę, nam ambę potētię formaliter infinitę; quę equantur naturę, & suis productis in esse, & operari, & productum perfectum ens vt diuina natura. 5 Volūtas diuina nō minus ac intellectus est ex se determinata, secūdū formā quę est ratio essendi simpliciter 6 Thomistæ arguent, q̄ ꝓductio per intellectū est generatio; quia intellectio in actu est ꝑ se similitudo rei intellectę, voluntas non est similitudo rei volitæ, nec secundū rōnē similitudinis producit, sed impulsus in rē volita. 7 vt intellectus, ita voluntas inclinata ad ꝓducendum; & voluntas est principium communicandi naturā, ergo ex hoc verè esset generatio. 8 et verbū infinitate intellectus est similis, & essentialiter Deus; ergo eadē rōne Sp. Sꝰ. esset genitus. Antec. intellectus tantū ꝓducit simile intentionale, non naturale; ergo si ab infinitate vtraque esset similis. 9 infinitas

infinitus intellectus æquatur in esse, ergo vt voluntas. 10 etiam voluntas producit necessitate naturæ. 11. *August.* 15. trin. c. 27. Verbum est filius, quia ab vna; s. s. non filius, qua à duobus. Ad 1 in creatis vbi productio est naturalis id sufficit. 2 respectu ad alias mutationes, quæ in accidentia 3 late, vt est ad substantiam præcisè. 4 vbi vnus modus communicandi naturã, vt in nobis: in Deo est cõmunicatio per volũtatem. *A*d 2 non est imago vi processionis; nèc naturaliter similis; nèc origo naturalis. *A*d 3 non tantũ ex terminis: sed vt forma fluens eiusdem rationis cum forma terminante; & vt motus eiusdem rationis, cũ forma fluente; ꝓductio in Deo, nèc est aliquis fluxus, vel forma fluens; nèc est eiusdem rationis cũ forma, quæ est terminus absolutus, productio relatio. 2 ex termino adæquato, qui est filius, nõ ex ratione essendi simplr. *A*d 4 vtraque ex principio, ꝙ æquatur essentię: at nõ ꝑ modum naturę, seù naturaliter. Vel essẽtialiter Deus, at nõ formali vi ꝓcessionis voluntatis. *A*is vi processionis voluntatis ē Deus. ℞ vt infinita voluntas formaliter; nõ vt naturalis origo. 2 infinitate formali ꝓductionis Deus; nõ qa naturali ꝓductione genitus. Ad 5 actio naturalis est à principio agendi ex se ad vnũ determinato; voluntas nõ ē pot͠a naturalis. Ad 6 nõ tm̃ intellectus intellectione est similis rei intellectę: sed volũtas volitione est similis rei amatę; configurat amor amãtẽ ad rẽ amatã; & vt intellectus inclinat vitaliter ad rẽ intellectã, & volũtas ad rẽ amatã. vt essentia ratio generandi vt obiectũ intellectus; ita cũ voluntate obiectiuè spirãdi ideo nõ ex similitudine ꝑcise spectanda generatio; sed ex naturali origine; quę ē ex intellectu, non volũtate; & generatio op⁹ naturę. Ad 7 voluntas est principium cõmunicandi naturã, nõ vt pot͠a naturalis, sed quia æquatur essẽtię in operando, & in essendo; intellectus in operando, & in essẽdo vt potentia naturalis. 5 inclinat; non vt principium naturale; sed potẽtia essentialiter libera; si non quo ad exercitium agendi, & non agendi; quo ad essentialẽ rationẽ principii. Ad 8 in nobis ex intellectu, & re intellecta sola repræsentatio intẽtionalis; in Deo quia ęquantur in esse cum natura, repræsentatio naturalis. Volũtas principium cõmunicandi naturã ex infinitate præcise, nõ quia potentia naturalis ad vnum. Ais etiam quia infinit⁹ est intellect⁹ æquatur in esse, est ratio cõmunicandi naturam, ergò vtraque ratio generationis. ℞. nõ tãtum propter infinitatẽ: sed per propriam rationem naturalem agẽdi, & productione naturali terminum attingit. Ais etiam voluntas necessitate naturæ. ℞. voluntas essentialiter libera, nõ naturaliter determinata. 2 nõ potentię naturalis: sed volũtatis seipsã determinantis necessario. 3 natura dici potest voluntas, qua omnis res suam habet naturam, nõ pro vt differentia principij agendi. Ad 9

intellectus, voluntas æque habent infinitatem; at diuersam rationem principii. Ad 10 producit necessitate; nō vt potentia naturalis. 2 quia voluntas diuina infinita ad terminū infinitū. Ais vtraque potentia est infinita, & diuina; ergo vtraque determinata ad vnum, & generatio, vel neutra. 2 si non conuenit alicui sua formali ratione communicare nāram, nec vt infinita & diuina Antec. infinitas virtutem alteri' rationis non tribuit, sed intensionem ℞ vtraque diuina, & infinita, est principium communicandi naturam, & ratio essendi simpliciter; at vt intellectus est communicatio naturalis, & generatio: non processio. Ad 2 voluntas vt præscindens à ratione finita, & infinita; sic nec ei conuenit, nec repugnat naturam cōmunicare; vt infinita, sic repugnat voluntati amorē infinitum sibi, & obiecto adequatè elicere, ac producere, & subsistentē non esse. 2 voluntas diuina ex se habet infinitatē formaliter, ab essentia vt fundamēto ex qua pululat, est principium operandi, & producendi, Ais infinitas eiusdem rationis in intellectu, & voluntate. ℞ infinitas nō est ratio ꝓducendi: sed modus intrinsecus principij diuersæ rationis. Adde infinitas non variat: sed arguit entitatem alterius rationis ab esse finito; sic finita voluntas non cōmunicat naturam; infinita, & diuina, quæ æquatur in esse cōmunicat producto naturam. Item intellectus, & volūtas infinitæ, si æquantur in esse, principia cōmunicandi essentiam, diuersimode; modo naturali, vt natus, Filius; vt datus, & procedens S.S. Ad August. qa ab vna, vt natus, Fili'; à duob' vt dat'. S.S. 2 non reduplicatiue; sed specificatiuè; hoc est, quæ ab vna, natus, & genitus.

An processio Spiritus Sancti sit libera. 4.

Datur necessitas coactionis, q̄ est ab extrinseco, potentius vim impellente. necessitas immutabilitatis, quæ in agente excludit posse oppositū. & necessitas simpliciter, vbi oppositū esse non potest; sed absolute repugnat; & hæc est necessitas summæ determinationis. Determinatio necessaria; aut est virtute intrinseca principii agendi, quam hēt ex sua natura; vt cum principiū ad vnum ꝑ se est determinatum; aut nō ex ratione intrinseca, sed principium à se suscipit, sibi imponit determinationem, necessitatem absolutam, non ex ratione intrinseca; sic S.S. à voluntate, libera est, tamen absoluta necessitate procedit. Libere agens dici potest, quod nō coactè, sed spōtaneè, nec ab extrinseco vim hēt; 2 quod voluntarie, si nō per modum principii elicitiuè, ordine causalitatis dominiū sui actus hēt. Vtraque ꝓductio est libera, quia nō est coacta. Vtraque, quia voluntaria, & complacentiam hēt. At ꝓductio S.S. ui principii voluntatis libera est. At ista libertas

non

non est exercitij ad ꝓducere, & non producere; nec specificationis ad agere vnum, & oppositum seù contradictionis, & contrarietatis: sed est libertas essentialis; nã formaliter in essentia, & ratione formali principii includitur; pręscidẽs à libertate exercitii, & specificationis; seù contradictionis, & contrarietatis, quæ est in actibus secundis. Naturale, vt opponitur libero, quod sua natura est ad vnum determinatum, nèc hēc in potestate sua se determinare; nèc ꝓ eodem instanti; nèc pro diuerso; nèc in sensu cõposito, nèc diuiso. liberum quod seipsum determinat, & excludit præcise naturale, siuè id sit necessario, siuè cõtingenter iuxta exigentiã suæ rectitudinis, spectata cõditione obiecti infinitè, vel finitè diligibilis. Hinc necessarium, & contingens; non est idem, vt putãt Caetan. & Thomistę, ac naturale, & liberum. Nam naturale, & liberũ sunt modi agendi oppositi; & naturale stat cũ contingentia; & liberum cum necessitate; causa naturalis pluuiæ potest impediri, & ꝓ fortius agẽs potest superari; & contingenter agere. causa libera dum agit, necessario in sensu composito agit, & tamen libere agit; diuina voluntas sua rectitudine ad obiectum infinitũ necessario amandum, & communicandum necessario se determinat. Vnde sicut natura hẽt suam propriã necessitatem, & contingentiã in quãtum potest deficere. sic libertas suam necessitatem, & cõtingẽtiã; necessitas naturalis nõ stat cum libertate; sed necessitas volũtatis.

Dico. sum me necessarro, ac libere procedit S.S. Scot. 1. d. 10. q. 1. quodlib. 16. art. 1 report. d. 11. q. 3. Probatur Aug. 5 trinit. c. 14. & 32. S.S. exit à Patre, & filio, nõ quomodo natus, sed quomodo datus; exire per modum doni, & dati est volũtatis, cuius est liberaliter donare. 2 libertas est intrinseca conditio volũtatis: ergo illi conuenit necessario in actu operandi, & producendi S.S. Antec. quod ex sua ratione formali est principium productiuum liberũ, vbi est sine impfectione liberè ꝓducit; voluntas suã ratione formali est libera; ergo in Deo sine imperfectione maximè libere ꝓducit. Minor; voluntas finita ad obiectum amabile finitum libere se habet; ergo multo magis volũtas infinita habens obiectum infinitum producit libere amorem infinitũ subsistentem, & S.S. Hęc sequela; infinitas non destruit naturam voluntatis, ergo nèc rationem intrinsecã libertatis, & principii libere producendi. Prima sequela; quod necessario. volũtas diuina infinita simpliciter communicatiua est diuinæ naturæ, & ad summum diligibile necessarium, se habet necessario. nam ad necessarium, & infinitè amabile, infinita rectitudo volũtatis necessario tendit. 3 naturale est sui natura ad agendum determinatum; liberum non intrinsecè determinatum, sed seipsum determinat iuxta conditionem obiecti, vel contigẽter, vel necessario; sed voluntas diuina ad intra necessario

sīpliciter se determinat; ergo libere, cum necessitate. minor; volūtas in Deo veram essentiam, & formalitatē voluntatis imbibit; ergo essentialem libertatem. Nam naturalitas, & libertas differentiæ principij actiui; & implicat voluntariū esse naturale; esse determinatum ad vnum, & nō esse ad vnum contradicūt. 4 naturale, & liberū sunt oppositi modi agendi; ergo volūtas nequit esse principium naturaliter agēdi, vt intellectus. *Antec.* 2 phys. 48. 9 met. 10 principiū actiuum diuidit in naturale, & à proposito; seù naturale, & liberū. *Aug.* 5 ciuit. c. 9 principiū diuidit in naturale, & voluntarium; natura est ad vnū determinata, voluntas se determinat. 5 potentia quæ vnico actu simpliciter circa media liberè se hēt, multo magis circa finem, sed voluntas Dei est potentia nō naturalis, sed libera, & vnico actu vult media, & finē, & omnia vobilia attingit; ergo actu libero attingit, nō naturali. 6 necessitas in productione S.S. non tollit conditionē, quæ est perfectio intrinseca voluntatis: sed libertas dicit perfectionem intrinsecam, ergo ē in productione S.S. Minor; conditio intrinseca potentię, nō repugnat pfectioni potētiæ, siue absolutè consideretur, siue in ordine ad actum pfectum potentiæ. ℞ Caetanus voluntas vt principium S.S. est naturalis, nō libera. Voluntas est vt natura determinata ad S.S. nō vt indifferens & libera. & hoc tam quo ad specificationem, quam quo ad exercitium. Contra Thom. q. 10. de potentia ad 5. necessitas non repugnat libertati voluñtis, & felicitati; vt Aug. 5. de ciuit. Dei, & Deus sua voluntate liberà amat seipsū, & necessario, & tantum amat quātum bonus est; ergo necessitas non repugnat libertati. ℞ Capreolus; p liberū. Thom. intelligit nō coactum, nèc violētum; nō quod opponitur naturali. C. filius etiā non coactè, nec violenter est pductus; ergo præciso actu voluntatis libere est productus. 2 ibi libertas propriè, vt competit volūtati, & vt contradistincta est ab actione naturali. 3 ibid. q. 10. ad 11. processio p intellectum est p modum naturæ; processio p voluntatem est alia; nec ē similis ex vi processionis; ergo pcessio S. S. non est vt nāra. 4. 1. p. 9 41 ar. 2 natura determinatur ad vnum; & effectus assimilatur formæ agētis per quam agit; quale agens est tale facit; sed forma per quam volūtas agit, non est tantum vna; ergo modus producendi per voluntatem distinctus à modo producēdi per nāram. 5 natura producit simile, & agit per formam, quæ ē vna; voluntas libere per formam quam vult. 6. *August.* in Enchir. c. 105. aut voluntas non est, aut libera dicenda est; ergo beati nō eliciunt actus, vt opponitur libertati. 7 idem 2. de lib. arb. motus voluntatis in nostra potestate; ergo naturalitas nō est voluntatis. 8 modi principandi naturaliter, & libere sunt contradictoriè oppositi, nèc se inuicem includunt, & diuidunt principiū operandi, ergo

Missio est manifestatio, & reuelatio personæ, p̃cedētis ad intra sub aliquo effectu extra facto à Trinitate creaturis, vt in vltimum finem dirigantur. Vnde vox mixta est, essentiali, & notionali, dicit relationem originis, & habitudinem ad creaturam. Sumi potest actiue, & est mittere; passiue, mitti. Mittere est ad effectum dirigere personam, quæ habet originem ab alia, nec effect' est ab vna sine alia; sic pater misit filium; ab his sp. sanctus, quem ego mittā vobis à patre. Mitti est personā missam manifestari procedentem in effectu ad extra. Missio non imperio, non consilio; nec tm̃ origine, & processione, vt prius non esset: sed nouo effectu aut nouo modo, sub quo nunc incipit

incipit esse. Dubium, si pro formali sit manifestatio processionis; aut processio sit formale, & connotatum effectus; & an sit in Deo.

Dico. Datur Missio ad extra personarũ, quę pro formali, & in recto est reuelatio, & manifestatio personarum, connotatum diuina processio ad intra. Scot. 1. d. 14 A. E. 16. A Prob. primũ Gal. 4. misit Deus filium suum. Ioa. 15 spiritus paracletus, quem ego mittam vobis. psal. misit verbum suum, & sanauit eos. Ambr. 3 de sp. sancto. c. 3 ꝙ spiritus domini misit, & vnxit filiũ habetur Isaię vbi de Christo homine. Aug. 2. tr. c. 6 filium mitti à patre sine sp. sãcto non potuit; vbi de missione secundum quod fecit cum ex fęmina, facere est trium. Ratio; mittere est opus ad extra, pater misit filium, quem fecit ex virgine nasci, nec sine sp. sancto, & filius seipsum; mittere. n. est ad effectum dirigere. 2 mitti est manifestari procedere, & missio passiua visibilis est cum signo sensibili appropriato sibi cognosci in habitari, vel dari illi ad quẽ mittitur; in Incarnat. filius missus à patre, quem pater sanctificauit, & misit in mundum. sp. sanctus in specie ignis die pentecostes; columbæ Christo, & flatus Apostolis dat'.

Prob. 2 pro formali, est reuelatio & manifestatio effectus in tẽpore, ad signandum processionẽ æternam personæ missæ. 1. Aug. 4. trin. ca. 20. mitti est de filio cognosci, ꝙ à patre sit. ibid. missus filius, quia verbum caro factum ẽ, & ideo missus, vt verbum caro fieret. ibid. non eo ipso, quod natus missus, sed eo quod apparuit est æternus: at mittitur ex tempore. Ioa. 16. ille me clarificabit, qa de meo accipiet; ergo missio sp. sancti connotat processionem personæ missæ à mittente, & illã manifestat. 2 missio passiua visibilis est signo sensibili facto in tempore, cognosci personam procedere. 3 mittere personam est operari per eam effectum cum illa persona per modum auctoris dãtis illi personæ actionem; ergo in operatione, vt connotat respectũ productionis ad intra. 4 missione visibili non cognoscitur persona procedere, nisi ex reuelatione interiori; quia nõ potest cognosci signum sensibile ex institutione repræsentantis, nisi cognoscatur repræsentatum; ergo pro formali missio non est processio, sed connotat, & inducit ad illam. 5 mittere est effectum causare ad extra signo sensibili, siue intelligibili respectu creaturæ. 6 mittere est manifestare personam procedentem à persona missa; & mitti est manifestari cũ signo conuenienti suæ processioni; sic pater misit filiũm nasci in tempore ex matre; spiritus s. charitas, & amor tamquam ignis. Demum oẽs causæ missionem explicant; A quo mittens, quo manifestatio, & reuelatio in aliquo effectu, quod persona missa & procedes, propter ꝙ, in bonum creaturæ, vt Deum trinum cognoscat in quem tendat.

Arguent Thom. Durand. Suarez, Vasq. missio est æterna processio, connotans effectum in tẽ-

 pore,

pore. 1 Hylar. 9. trin. in illud Ioan. exiui à patre, & veni in mūdum; , à patre in mundum venerat, qui à Deo exierat; idem de trini. sp. sa. à patre mitti, est ab illo accipere. Aug. 4. tri. filius mittitur, nō quia minor: sed quia emanatio claritatis Dei sincera. Greg. hom. 26. in euang. sp. sancti missio, ipsa processio, qua de patre, & filio. Beda lib. 2. hom 2. sp. sanctus datur hominib. quia eius missio ipsa processio est. 2 missio egressus missi à mittente; egressus non nisi processio personæ à persona. 3 missio debet esse notionalis, distincta ab attributis, & cum respectu tēporali ad extra; ergo prius processio, secundo effectus extra. prius exiui à patre, inde & veni in mundum. 4 si missio effectus est in recto, potius effectus missus, quam persona. 4 quæuis persona posset se mittere, vt quæuis effectum producit. 5 patres probant processionem spir. sancti à filio contra Græcos, quia ab illo mittitur; ergo ꝓcessio ratio missionis. 6 oē ex tempore est tribus commune. 7 posset missio intelligi sine processione; nam formaliter illam non includit. 8 missio processionem substantialiter significat, nec formaliter sine ea esse, nec intelligi potest. 9 missio vere realis, nil reale in persona missa nisi processio. 10 denominatio semper à digniori; potius ob æternam processionem. Ad 1 patres tñ volunt missionem extra, supponere processionem ad intra, & explicare illam. 2 mittere, & mitti, vt incarnare, & incarnari; si actiue, & passiue, si correlatiua, nōn tamen varietas in rebus, & vnum includit aliud; hinc pro formali dicunt effectum in tempore. 3 ad singula dicta. Hyl. in mundum venire dicit esse missionem. Ais, ibi *Hylar.* paterni nominis consecuta natiuitas; ergo consecutiue. ℞ quia missio dicit respectum ad mittentem, & ad terminum; ordo mittentis supponitur. Id mitti est accipere. ℞ quia respectus æternus ad mittentem realis; ad eum cui mittitur tantū rationis. Aug. ait, missus filius, nō quia minor, & mittens, & missus æquales; ideo missus vt verbum caro fieret, hinc missio manifestatio, reuelatio signo ad extra, ꝙ filius à patre. Greg. ibi vult mitti, non esse solum incarnari, secus sp. sanctus, qui non est incarnatus nōn diceretur mitti; sed eius missio ipsa processio, vt à quo; qa mittitur, qui habet à quo procedat, nec manifestatur procedere, qui non procedit, supponitur ꝓcessio, non est processio; nisi vt connotatum, vel vt causa. Beda; prius dicit sp. sanctum dari; inde tradit causam mittitur, quia procedit. Ad 2 vt à quo à mittente, imo effectiue à tota trinitate; vt ad terminum est humanitatis assumptio; exiui à patre, & veni in mundum. Vel egressio ad extra, non est productio, supponit productionem, connotat; est conueniens manifestatio suę processionis. Ad 3 missio potius mixta ex notionali, & essentiali; vt ad effectū, & terminū extra productum essentialis, vt respectus missi à mittente notio: at missio non est formalis productio; sed visibilis manife-

nifestatio productionis. Ad 4 effectus est terminus ad quem, nõ missio; manifestatio personæ in illo effectu terminato à persona missa est missio, verbum missum, vt homo fieret. 2 missio est personę procedentis reuelatio, ideo cõnotat processionem, & mitti dicit subautoritatiue operari virtute mittentis. Ad 5 rectè probant, quia missio declarat processionem, signum illius, & signo visibili ad placitum Dei manifestatur processio. Ad 6 vt effectũ causare tribus commune; vt respectus terminãs talem actionem, est personæ; sic filius vniuit sibi naturam, hinc missus à patre. Ais sp. sanctus in specie colũbæ, ignis flatus, non vnitus illis. ℞ filius vniuit sibi naturam: at sp. sanctus in istis tantum vt sub signo; in specie columbæ visus est, non columba factus est, vt verbum caro factum est. Ad 7 reuera missio intrinsece nõ postulat, vt qui mittitur à mittente procedat, tãtum ex institutione, & repręsentãs nõ nisi cognoscatur repræsentatũ. Vnde tota Trinitas manifestat, efficit effectum extra, declarat id in quo habetur origo personæ: at manifestari cõnotat personã procedentem, seu realem processionẽ missæ à mittẽte. Ad 8 aliud est necessario cõnotat processionem; aliud formaliter est processio; missio non est vnum formale; sed mixtum, & includit ordinẽ ad signũ visibile à Deo expressum in scripturis, vt representet vnam personam ab alia procedere. C. vox est. missio ad signandũ originem. ℞ significatio vt formale, origo cõnotatum, & in signis cõnotatum ẽ, vt res. C. posset esse missio absq. origine. ℞ nõ vt significet apparitionem personæ; vt vsus patrum nomen missionis accipit; sed absolute alio vsu; quo sensu in creatis potest esse missio absq. origine. Ad 9 realis in se; non aliquid reale de nouo in verbo. 2 realis egressio à tota trinitate facta, verbi incarnatio ad signandum processionem ad intra à memoria patris. Ad 10 cum æque cõcurrunt per modũ partis, si persona missa æterna; missio in tempore. Ais; Christus Ioa. 8. Antequàm Abraham fieret ego sum, ergo ęterna eius missio. ℞ vt persona absolute, non vt sub humanitate. vel incarnatio volita ab æterno, nõ æterna.

An Quęnis persona diuina mittat, & mittatur. 2.

Mittere, & mitti si vt relatiua & quo ad formale, vtrumque dicit respectum rationis ad mittentem, & eum cui mittitur; tamen in connotato, nõ est necesse; vt quod vnũ cõnotat, aliud similiter cõnotet, & si mitti connotat respectum æternum realem ad personam à qua procedit quod mittere habeat oppositum & sit persona, quæ producat aliã & si pater non mittitur, quia non habet personam à qua procedit passiue; sic sp. sanctus non mittit actiue, quia nõ habet personam quam producat actiue. Ratio; quasi actiuum, & passiuum sint correlatiua, quo ad significata formalia, & sit oppositio, & variatio

grammatica inter mittere, & mitti; non tamen oportet, quod sit quo ad connotata; Vt cum dico scio ignem calefacere, & scitur à me ignis calefacere; scire, & sciri idem habeat connotatum Vniforme: at si dicerem scio ignem calefacere, & scitur ignis calefieri, formale idem actiuum, & passiuum: at connotatum non est similē verū, nā ignis non calefit, calefacit: sic mittere, & mitti, si correlatiua, & quo ad significata formalia, idem relatiue significent, quod manifestare, & manifestari, non tamen oportet, quod connotata necessario sint relatiue opposita, Vt si mitti in persona missa connotet passiuā eius originem, nec mittitur nisi quę habet personam à qua procedat; ita mittere in persona mittente, cōnotet illius actiuam originem; nam potest saluari ratio actiuæ, & passiuæ missionis quo ad formale ipsorum, & cōnotatum includi in Vno, non in correlatiuo alterius; quare mittere non connotat necessario personam mittētē missam originare; sicut mitti connotā personam missam originari, hinc personam mitti dicit quidem respectum ad mittentē, & connotat respectum ęternum processionis ad intra, non determinate ad mittētē, quasi mittere sit determinate originare: sed ad personam mittentem indistincte; nam aliqua est mittens, & nō producens. Hinc si missio actiua aliam exigit personā a missa; nec nulla om̄o sine alia se mittit; tā in eadem persona possint Vniri, ratione Vnius naturę, & Virtutis actiuæ?

Dico. *Mitti extra conuenit solum personis, quæ sunt ab alio filio, & sp. sancto: at mittere actiue conuenit tribus, commune est extra, & quæuis persona missa, etiam se mittit.* Scot. d. 15. E. d. 32. ad 2. Prob. prior pars. 1. Aug. 4. trin. c. 20. nulla persona mittitur, nisi quæ habet aliam de qua sit. ibid. mitti est à filio cognosci quod à patre sit. 2 August 2. trinit. c. 5. pater solus nusquam legitur missus. 3 missio passiue dicit respectum ad extra, connotans necessario productionem ad intra; ergo mitti est tantum personæ productæ. 4 missio filii, Verbum caro factum est; misit Deus filiū suum; sp. sancti, spiritum Veritatis, quem mittam Vobis à patre; si non abiero, paraclitus non Veniet, cum autem abiero mittam Vobis eum. 5 Vt filius, & sp. sanct⁹ ad intra Vere habent personam a qua procedunt, ita ad extra respiciunt personam à qua ad nos mittuntur. 6 mitti est ad effectū dirigi non consilio, imperio, Vel impetu; ergo Vt ad intra ab alio procedunt, ita cōsonū, Vt ab alio mittantur, & manifestentur procedere quæ procedunt. 7 pater q non habet à quo procedat, nec manifestatur procedere, qui nō procedit; nec ab alia Vere mittitur. 8 si pater mittitur; ergo habet personā a se, à qua mittitur; nec missio esset trinitatis manifestatio Prob. 2. pars. August. 2. trin. c. 5 pater misit filium, quem fecit de Virgine nasci, nec sine sp. sancto, & filius seipsum. Ambr. 3 de sp. sancto. c. 2 in Isaia spiritus domini

mini super me, à quo datus filius gratia Trinitatis, ita vt ipse se dederit. 3 opera trinitatis ad extra indiuisa, mittere effectus est temporalis ad extra; ergo vt actio signata per mittere est communis tribus, ita missio actiue conuenit tribus. 4 mittere, & mitti, vt incarnare, & incarnari; incarnare conuenit tribus, si incarnari vni; ergo & mittere. 5 si mitti passiue ratione connotati dicit processionem ab alio; tamen actiue mittere est effectū ad extra caussare, vna non efficit sine alia. 6 esset occasio errandi in mysterio trinitatis, vnam ad extra agere effectiue, & non aliam: at mitti passiue est solum esse terminum manifestationis; vt vna est distincta persona, ita potest verbum hominem fieri, & verbum ad homines mittere, & humanitati vnire est trium. 7 eadem actio ad extra, quę patri authoritatiue à se; subautoritatiue à filio, & à patre, & filio in sp. sancto. 8 missio actiue non absolute connotat originem actiuam ad intra personæ missæ; nec mittere est formaliter originare, sed dicit habitudinem rationis ad creaturam; ergo supponit personas, ergo à tribus personis. hinc Christus, pater meus operatur, & ego operor. filius nō agit quicquam, nisi viderit patrē facientem. spiritus patris vestri loquitur in vobis. docebit vos omnia, quæ dixero vobis.

Argues contra. 1. Ioa. 14 pater meus diliget eum, *&* ad eum veniemus; pater ergo venit ad creaturas, & mittitur. August. ad Dardanum, quæuis persona dat, & datur, ergo quæuis mittit, & mittitur. 2 persona vt missa non importat necessario respectum rationis ad mittentem, vt à qua procedit; nam filius, & spir. sanctus à trinitate mittitur, nec ab ea procedit; ergo & pater mitti, & si nō procedat. 3 mittere opus ad extra; ergo mitti etiam indiuisum; æque relatiua communia. 4 si mittitur filius, etiam se mittit; ergo si pater mittit, etiam mittitur, & se donat. 5 si mitti includit relationem, nec conuenit nisi personæ, quę est ab alio, omnis missus à mittente ab eo procederet, & filius cum dicatur mitti à spir. sancto, ab eo procederet. Ad 1 Dari, venire est in effectum extra vt liberaliter communicari, & in effectu est sola cōmunicatio doni, sua sponte, potest esse datio reflexiua sui ipsius: at mitti est à mittente persona realiter distincta; pater vt non habet à quo procedit, nec àquo proprie mittitur 2 venire solum respectus rationis ad terminum ad quē venit: at missio est ad eum cui mittitur, & à mittente. Ad Aug. datio est sui ipsius reflexiua, dicit solum ordinem ad terminum: at missio ad terminum, & à quo mittitur. Ad 2 mitti dicit respectum rationis ad mittentem formaliter: sed connotat respectum æternum, non quidem ad mittentem, vt mittēs est, sed ad aliquem indistincte; pr̃ non habet, nec respectum indistincte à qua procedat, ideo absolute mitti nō dicitur. 2 ex vsu patrum, est cum respectu ad mittentem, connotans originem. Ad 3 non respondent omnimode

mit-

mittere, & mitti, actiue, & passiue quo ad rem, & modum; sed vt incarnare, & incarnari, a tribus facta incarnatio, verbum est incarnatũ. 2 tota trinitas manifestat personam procedentem procedere: at manifestari personã procedere, non conuenit oĩbus tribus personis, vt nec omnes procedunt. Ad 4 mitti dicit respectũ ad mittentem, vt producens est, tam de principali, quam de connotato: at ad seipsum de principali, non de connotato; nam verbum mittens seipsum, nõ est producens seipsum; licet producens semper sit mittens, non è contra; at pater, nec de principali, nec de connotato potest mitti, quia tantum producens, se donat quia se communicat, at non mittitur, quia persona missa debet esse ab alia, non se mittit; se dat, & communicat. Ad 5 dicit relationem ab alio, & ad mittentem, non præcise, sed indistincte; in quantum missus debet esse absolute procedens: at mittens potest esse non producens.

Arguent plures Thomistę cõtra 2. Aug. 4. trin. c. 20 ab illo mittitur, à quo emanat filius; ergo à solo patre. 2 mittere connotat respũm realem processionis missi ad mittentem, ergo missa tantum à qua procedit mittitur. 3 si mitteret seipsam, ageret in se, nihil agit in se. 4 mittere est effectũ causare, in quo habetur origo personæ. 5 mitti connotat originari, ergo mittere originare; nulla persona originat seipsam. 6 mittere dicit authoritatem, nulla accipit authoritatẽ à se. 7 mittere, & mitti, idem quo ad formale; nec varietas quo ad connotata; actiuũ, & passiuum non habent connotata distincta; scio ignem calefacere, scitur à me ignis calefacere; si mitti connotat originẽ ab alia, mittere originẽ à mittente. 8 mittere, & mitti oppositas dicunt relationes; vt mitti connotat originari, mittere originare. 9 producens dat vim eundi ad creaturas, operandi, & manifestandi se in illis. Ad 1 mittitur à quo emanant non præcise, sed cũ aliis; pater misit filiũ in carne cũ sp. sancto, & filius seipsum ex Aug. Ad 2 pro vt connotat respectũ originis præcise, est ad mittentem, quæ producit; vt respectũ originis indistincte, satis vt persona missa sit procedens; mittens põt esse non producens. Ad 3 potest agere in se, sic ꝙ causet in se solũ respectũ rationis; in hoc quod se mittit, tũ respectus rationis, Dei ad creaturam. Ad 4 causare effectum extra non est ab vna sine alia. Ad 5 nõ respondẽt omnimode actiuum, & passiuum, vt nec incarnare, & incarnari. Vel quod ad formale relationis, non quo ad connotatum, si mitti connotat produci ad intra, mittere etiã producere, calefacere, & calefieri actiuum, & passiuum; si ignis calefacit, ignis calefit. Ad 6 in ordine principii intra respectu termini ad extra; authoritas in tribus. Ad 7 ex eodem formali, nõ licet inferre idẽ connotatum; idem re, non quo ad modum. Ad 8 correlatiua quo ad significatum formale manifestationis, non quo ad connotatũ à parte rei; vtrumq. per se respe-

ctus

ctus rationis; unum tamen pōt includere vt connotatum aliquod extremū relationis, & nō reliquū, calefacere, & calefieri correlatiua, si calefacere connotat ignem q calefieri connotet ignē; si mitti connotet originem; mittere cōnotet originare: sat actiue se manifestare, quod est oīum personarum. Ad o non per productionē ad intra: sed per efficientiā ad extra. Ais Ioa. 15 paracletus, quem ego mittam vobis a patre; ergo solum patris, & filii est mittere. R ibi habetur cum venerit, etiam per se, qui venit volens, se manifestat. Vel à patre, & filio, quo ad manifestationem suæ processionis.

An spiritus sanctus fuerit missus visibiliter, & quot modis. 3.

Missio visibilis est signo sēsibili cognosci personam procedere; quod signum sit conueniens manifestatio suæ processionis. si signum est sensibile, exteriorem facit manifestationē, si spirituale intelligibilis est manifestatio. Missio visibilis filii, vnione hypostatica facta: at spi. sanctus non sibi vniuit naturam signi sensibilis, quo eius processio esset nobis manifesta: sed ī ratione repræsentantis per vnionē intentionalem, vt lux in lumine, tamquam in sua specie; verum signum sensibile ex institutione repræsentans, nequit cognosci nisi reuelatione.

Dico. Vere conueniens missio visibilis sp. sancti in signo sensibili, apto vt manifestet processionem, & gratiæ plenitudinem. Scot. d. 16. Prob. Isai. 44. Ioelis 2. promissio sp. sancti; effundam spiritum meum super omnem carnem. Ioa. 24 sp. sanctus, quē mittet pater in nomine meo. 15 cū venerit paracletus, quē ego mittam vobis à patre. act. 2 factus est repente de cęlo sonus tamquam aduenientis spiritus. 3 spiritus aduenient non vere sibi vniuit signum; sed manifestauit se missū esse sub illo signo, & aduenire credentes. 4 sonus, non tantum imaginaria reuelatio, vt fiebat Profetis 5 tempore legis, quo non erat plenitudo gratiæ, nō debuit dari signum plenitudinis gratiæ. 6 ante missionem filii nō debuit mitti uisibiliter sp. sanctus; vt .n. productio vnius supponit pductionē; ita missio visibilis missionē alterius. 7 mitti debuit tēpore, quo erat ecclesia fundata; congruit vehemens signum exhiberi, vt crederēt rebus fidei Apostoli, non dū firmati. 8 signa apta ad repræsentandum sp. sanctū data fidelibus in columbæ specie, in nube lucida, sub flatu, in linguis igneis, vt habentes sp. sanctum imitentur; vt columbæ, humiles, puri, simplices; vt nubes lucidæ illustrent veritates; flatu spirantes charitatē; linguis igneis perfectam sanctitatem. Vel columbæ, in baptismo, vidimus spiritū, quasi columbam de cęlo, & māsit super eum, Ioa. 1. Nubes lucide, in confirmatione; ecce nubes lucida obumbrauit eos matt. 17 flatus in peccatorum remissione, & gratiæ infusione; insufflauit in eos accipite sp. sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur

tuntur eis. Linguæ igneæ in feruida Dei verbi prædicatione; Apparerunt illis dispertitæ linguę tamquam ignis, & cæperunt loqui variis linguis pro vt sp. sāctus dabat eloqui illis 2. Act. 9 visiones, & apparitiones illæ sp. sancti vere factæ per res naturales; nam sensibiles fuerunt auditu, qui est sensus fidei; visu, qui omniū perfectissimus, & differentiarum cognoscitiuus; quæ sēsibilia ait August. 2. tr. c. 6 Dei prouidētia, tūc formata ad effectus, & cessante visibili apparitione sancti spiritus, redacta in aerem, aut præiacentem materiam, vel exhalationē, ex quibus formata; vel si creata, non conseruata; flatus potuit esse naturalis, si corpus gloriosū non respirat indigentia, pōt aerem emittere si vult. Columba si ex aere, forte non naturalis, viuens, exercens opera vitæ: sed similia, vt corpora per Angelos assumpta: at si creata, viuens, perfecta, etiam si per instans duret, Dei perfecta sunt opera. Linguæ igneę nō carneæ, nec verus ignis sed tanquam ignis, forte exhalationes lucidæ, ignitæ, vt cometæ sub forma linguarum. Demum initio nascentis ecclesiæ sp. sanctus visibiliter missus, si datus Christus gratia subsistens, & persona vnione hypostatica, filius datus est nobis; congruit effundi spiritum sanctū; Charitas Dei diffusa in cordibus nostris per sp. sanctum, qui datus est nobis. Si danda erat gratia spiritus sancti inuisibilis singulis personis, congruit dari gratia causalis ipse met spiritus sanctus corporalis specie, ī prima ecclesię fūdatione facta visibilis missio, spiritus sancti, Christo, Ioan. 1 super quem videris spiritum descendentem: Luc. 3. descendit spiritus sanctus corporali specie quasi columba, Christo capiti, ex quo redundaret in membra, accipite spiritum sanctum. Christo in signum plenitudinis gratiæ. Virgini non ad gratiā de nouo causandam, q̄ a primo instanti plena, & iterum plena in annunciatione, vt templum, & sacrarium spiritus sancti, vt magistra, doctrix, ecclesiæ illuminatrix. Apostolis, vt in gratia firmentur, & gratiarum incrementum accipiant, & vt Prælati in alios per orbem transfundant. Probabile quoque datum mulieribus, quæ erant perseuerantes in oratione cum Apostolis, & Maria matre Iesu, act. 1. Hierony. in prologo diuinæ historiæ; effusū spiritum sanctum super Ancillā, & omnes credentes in cænaculo Syon.

Argues; Filius minor patre, vt visibiliter missus à patre, Aug. 4. trin. c. 9 sp. sanctus numquam dicitur minor; ergo non visibiliter missus. 2 frustra missio exterior, vbi interiori spiritus sanctus datur interius in cordibus; ergo superflua exterior. Maior; exterior distrahit ab interiori; nā ad interiora conuersi, exteriora non curamus. 3 Suarez, alia visibilis missio, per manus Apostolorum Symon Magus obtulit pecuniā; date mihi hanc potestatem, vt cui imposuero manus, accipiat sp. sanctum act. 11. Petrus de Cornelio, & aliis conuersis ad fidem ait

ait cecidit sp. sanctus super eos, sicut & in nos initio. 4 aliæ visibiles missiones in scriptura. exod. 13. nubes per Diem, & ignis in nocte. Genes. 18 Abrahæ apparent tres viri stantes prope eum. c. 19 duo tantum Loth; ex Aug. filiū, & sp. sanctum repræsentātes, & tres Abrahæ tres pſonas; ergo nō modo sp. sanctus apparuit, sed & pater, & filius. 5 script. non dicit in actib. viderunt linguas diuisas, sed visæ sunt eis dispertitæ linguæ; hinc Aug. 2. tr. c. 3 dubitat, si fuerit visibilis apparitio sp. sancti 6 nec nubes lucida in monte Thabor est signum certæ apparitionis sp. sancti, cum Aug. 2. 3. 4. trin vbi missiones memorat, nec ponat istam. 7 nunc sp. sanctus cur visibiliter non est datus? Ad 1 filius non vt missus minor patre; sed vt fieret homo; ideo minor quia factus homo, sp. sanctus nō columbę specie vt esset columba; filius vnitus homini, vna persona, sp. sanctus columba, vt sub signo, ibi id omatum communicatio, non hic Ad 2 exterior distrahit, si non per sensibilia apta repræsentāte, & nisi reuelatio interior; ex repræsentate dirigi ad repręsentatum, facilius ex imagine crucifixi species interior in phantasia roboratur, & perfectior fluit meditatio. Ad 3 mitti, & dari non est idem, imo Apostoli nec dederunt, nec miserunt sp. sanctū: sed ad gratiam vt ministri cooperabāt per q̄ sp. sanctus inuisibiliter, vel visibiliter à Deo Ad 1 visiones illæ personæ filii, aut sp. sancti non erant, tunc nō plenitudo gratiæ; tunc nō dum missus filius, vt debuerit videri filius; vel apparuisse quo ad repræsentationē, non uerā missionem; vel per Angelos Deus patribus locutus, & apparuit, Aug. 3. trin. vel missio non fuit perfecta, & completa, nō dū sp. sanctus datus, q nō dū Iesus glorificatus. Ad 5 apparitio facta illis vera, realis, sensibilis; vt est surrexit Dominus, & apparuit Simoni; Apparuerunt eis Moyses, & Elias. 2 apparuerunt illis supra caput linguę vt ignis, nō visę sunt linguæ vt ignis. 3 ignis vt linguæ sedit supra singulos sēsibiliter, & apparuit eis. 4 primo dicitur apparuerunt illis linguæ igneæ, inde cæperūt loqui; quomodo apparuissent linguę igneę si non cæperāt adhuc loqui? 5 notat Lyranus ob id dixit Petrus; donum ꝙ videtis, & auditis; quia adhuc lingua ignea supra caput, aliud ad visum, aliud pertinet ad auditum; imo Aug. 2. tr. c. 6 p ignē sp. sanctus demonstratus, vt per colūbam. Ad 6 ecclesia dicit, in splendenti nube sp. sanctus visus est, & congrue vbi gloria ibi trinit. Aug. hāc nō excludit, illud obumbrauit, respondet illi sp. sāctus superueniet, & virtus altissimi obumbrabit tibi, hic inuisibilis, ibi visibilis, Luc. 3 intrantibus nubem. Ad 7 nunc fides, & ecclesia, quantū est ex se fundata, tunc prima initia à Deo data; tūc Christus pręsens per se ipsum, vt filius natus datus, ita sp. sanctus; nunc vt per visibilia sacramenta datur gratia inuisibilis, ita inuisibiliter datur sp. sanctus.

An detur inuisibilis missio personarum per gratiam, ita vt visibilis non fiat sine inuisibili. 4.

VIsibilis missio exterior ad interiorem illuminationē, & reuelationem personæ missæ est ordinata, & parum esset apparitio exterior, nisi illuminatio prodesset interior, nec est signū sensibile in ratione repræsentātis, vel repræsentatiui, nisi cognoscatur repræsentatū per tale repræsentatiuū; Interior manifestatio, & illuminatio spiritualis pōt esse reuelatio per donum supernaturale in intellectu, q̄ est cognosci p̄sonam missam procedere; hic August. 4. tr. c. 20. cum ex tempore cuiusq. profectus mente concipitur, mitti quidem dicitur, & mitti est de filio cognosci, q̄ à patre sit: at hæc intelligibilis reuelatio, est vt finis missioni intrinsecus, proximus, & gratia cuius. Rursum est finis vltimate intētus per missionē, qui est finis cui fit reuelatio, & hic est inuisibilis missio, inhærens animæ per dona gratiæ, aut gratis datæ, aut gratū facientis, hæc est missio inuisibilis ad q̄ ordinatur visibilis missio. hic Sc. d. 17 post missionem visibilem, de missione inuisibili per gratiā, & charitatem, nunc quærimus an missio visibilis sit semper cū inuisibili, non tm̄ vt manifestet intentionaliter, & intrinsece processionem personæ missæ à mittente; sed et ordinata ad effectū spiritualem in anima per dona gratiæ, intellectus, aut voluntatis gratis datæ, aut gratum facientis.

Dico. Missio inuisibilis, quę est illuminatio interior, & cognitio missionis visibilis, vt connotatū huius se inuicē comitantur, ita vt missio inuisibilis ad gratiā, aut dona, pōt esse sine visibili; nōn tñ è contra, missio visibilis sine inuisibili ad gratiam, vel dona. Hęc ex Sco. 1. d. 16. B. missione visibili nō cognoscitur persona procedere, nisi reuelatione interiori. secūda pars initio d. 17 missio inuisibilis per charitatē, & gratiam. 4. d. 6. q. 9. G gratia inhęrēs, vel sanctificās vel quicquid ad sanctificandum formaliter, aut dispositiue. 1. d. 16 D. hæc sensibilia non distrahunt à suo Intelligibili, apta vt Christū colamus, & ad ea, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Prob. 1 pars. Si reuelatio interior non esset, apparitio, & missio personæ exterior non innotesceret. 2 superflua illuminatio exterior ordinata ad interius, si ex ea interior illustratio nō sequitur. 3 nequit signū sensibile repræsentans ex institutione ad placitum, non ex natura sua, cognosci q̄ significat in ratione repræsentātis, nisi cognoscatur repræsentatū. 4 missio verbi ordinata ad interiorē illuminationem oīum hominū; lux vera, quę illuminat oēm hominē. 5 statua regis non dicitur, nisi vt est ipsius represētatio, & similitudo: ergo nec missio visibilis ad extra, nisi vt apta repræsentatio inuisibilis, conformis suæ manifestationi. 6 personā mitti est signo visibili cognosci personam procedere, non cognoscitur persona procedere, nisi ex reuelatione interiori, & inuisibili. Prob. 2. pars.

pars. Aug. 4. tr. c. 20. tunc mittitur cum cognoscitur, & percipitur quantū cognosci, ac percipi pōt, pro captu animę proficientis in Deum, vel perfectæ in Deo; vbi missionē inuisibilem interius ad profectum animæ satis explicat. Isa. 7 super quem requiescet spūs Dñi, spiritus sapiæ, & intellūs, spiritus consilii, & fortitudinis, sciæ pietatis, & timoris domini, vbi dona in directione ad intellūm Apos. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per sp. sanctum qui datus est nobis, vbi dona gratiæ, & charitatis ad voluntatē. 2 si interior manifestatio, & illuminatio personæ missæ; est de filio cognosci, quod à patre sit; finis pillam vltimate intentus, est nostra santitas, iustitia; Apost. Christus factus est nobis iustitia, redēptio, sanctificatio; Aug. nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset 3 missio si in recto, pro formali signat effectum temporalem à trinitate pendentem, & connotat originem personæ missæ, d 32. q. 2. ad 2.; si effectus visibilis, missio erit visibilis; si spiritualis, & inuisibilis, missio inuisibilis: at vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, quæ oīa operatur vnus, & idem spiritus diuidens singulis pro vt vult. 4 sp. sanctus visibiliter missus Apostolis in specie linguarum, missus etiā eis per inuisibilem gratiā. 5 missio est essentialiter manifestatio, ergo necessario realem habet effectum, vbi mittitur; effectus gratia gratū faciens, vel dona quę dirigunt ad illā, manifestatio creatoris in profectum creaturæ. 6 missio diuina rum personarū, & manifestatio, tota ordinata ad dirigendum creaturam in suum vltimum finem; ergo illuminatio, dona, directiones, motiones, gratiæ gratis datæ, gratum faciens sunt effectus missionis inuisibilis; frigidos calefacit, docet ignaros, hinc in specie linguarum ignitarum, die pētecostes. charitatem ad proximos extendit, in flatu datur Apostolis, insufflauit, accipite sp. sanctū, quorū remiseritis peccata remittuntur eis. si in termino reperit gratiā, illam manifestat; columba super Christū, vt signaret gratiā, & innocentiæ plenitudinē quæ in ipso; verbū caro factum in virgine, quia oī gratia plena. eis qui habent gratiā; non in termino, adauget; confirmat, confirma hoc Deus; si non habent, dirigit ad illā. spiritus bonus deducet me. tribulatis est robur, non accepistis spiritū seruitutis in timore. miseros iucundat, in labore requies, cōsolationes instillat; deuiis noxia vitat, optimus Magister, munerum pater.

Arguet. Durandus contra 1. effectus missionis interdū fieri pōt per dona naturæ, ergo non est illuminatio interior, & reuelatio. Ant. dona naturæ possunt impfecte declarare missionē, dona gratiæ perfectius dona gloriæ perfectissime. 2 Suarez non est necesse vt simul inuisibilis missio fiat, quoties fit visibilis; missio filii Dei incarnatione visibilis, & nulla tunc facta inuisibilis. sp. sanctus visibiliter missus in specie columbæ ad Christum in Iordane, tūc nulla inuisibilis reuelatio facta

sto, qui plenus erat lumine, & scientia; nec per gratiã, quia iam plenus gratia, & veritate. 3 sunt diuersæ, nec necessario est vna cum fit alia. Ad 1 missio supernaturalis est, nec viribus naturæ attingi pôt. 2 supposita fide, iuuãt Vires naturæ. 3 signum ad placitũ, non natura rei; nec institutione hominum, sed Dei. Ad 2 missio filii incarnatione verbi ad Virginem cũ illuminatione, virgo concipies, sp. sanctus superueniet. Natiuitas, cum lumine, lux de cælo; Angelus ad pastores, eamus & videamus verbũ; stella ducit Magos; spiritus sanctus missus visibiliter ad Christum signũ gratiæ quæ erat in Christo; nec ẽ necesse, vt cum fit vna, simul tẽpore fiat alia; sed vt sit signũ inuisibilis. Vel si non necessaria Christo inuisibilis, fuit facta Ioan. vt messiã interius, & exterius agnosceret. Ais cui missio ei reuelatio Christo in scientia acquisita, experimentali, portione inferioris vt didicit, passus, confortatus. Ad 3 diuersæ, quia distinctæ; nõ quin vna aliã connotet, & manifestet. Ais visibilis missio verbi in humanitate, & inuisibilis per gratiã, separabiles sunt, & potuisset esse vna, & nõ alia. 2 effectus alterius rationis separari possunt. Ad 1 spectata Dei põa absoluta, non ordinata missione, Dei voluntate, vt esset lux vera, & plenus gratia. Ad 2 separabiles physice in seipsis: non vt integrũ signũ Dei institutione, vt vnũ repræsentatiuum alterius, & cõnotatũ illius.

Arguent Thom. Suar. inuisibilem missionem non aliter fieri, quam gratia sanctificãte. 1. Aug. 4. tr. c. 20 in animas sãctas se trãsfert, & amicos Dei, & Prophetas constituit. 2 ex 1. cor. 3 templum Dei estis, vt sp. sanctus habitet in vobis; templũ Dei sanctum quod estis vos. 3 si essentia, põa, præsentia in oĩbus, in homine vt cognitum in cognoscente, amatum in amante, quod fit per gratiã. 4 filius si per alios effectus possit cognosci, tamen vt nos inhabitat, nisi per gratiam gratum facientẽ 5 gratia gratis data est signũ gratiæ gratum facientis; si daretur tale signum, non daretur simpliciter sp. sanctus, sed cũ determinatione vt spiritus propheticus. 6 ad missionẽ realis mutatio superans ordinem, & debitum naturę ergo per gratiã perfectam. 7 habens donum sp. sancti, nõ necessario possidet; Caiphas donum accepit, non sp. sanctum habuit 8 mittitur cui datur, & in quo inhabitat; Ioa. 14. paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum. Ad 1. Deus rationali creaturę per q̃uis dona supernaturalia specialiter assistit, pater, rector, dator munerum, vt in vltimum finem dirigat. Aug. gratia, & sanctitate compleri missionem: at intrinsece missio est omne donum desuper, & manifestatio sp. sancti. Ad 2 perfecte, & complete per sp. sãctum, qui inhabitat, dispositiue per gratiam excitantem, vt præparet sibi templum in quo inhabitet. 2 oĩa operatur vnus, & idem spiritus, diuidens singulis pro vt vult; siue sit bonum sanctificans formaliter, siue dispositiue. Ad 3 est vt cognitum in cognoscente,

nam

nam persona mittitur, vt procedens cognoscatur, dona ordinata ad sanctitatem, & disponunt. Inhabitat per fidem, & spē si non per charitatem. Ad 4 inhabitatio pōt dici māsio, vel diuturna assiia psonæ missæ in creatura; p dona intellectus, & voluntatis. sp. sancti dona etiam indignis vita eterna dantur Aug. li. 2. q. 2 ad Simplici. Ad 5 signum non demonstratiuum, sed pronosticum; nā credentib. datur, idem ep. ad Rom. vel directiuum, dispositiuum; nō semper formale, vel gratiæ proficientis in Deum; aut perfecte in Deo ex charitate. Ad 6 ēt mot⁹ supnārales credere, sperare sicut oportet mutationes dexteræ Dei. Ad 7 possidet effectū; dona sp. sācti ēt dātur indignis. Ad 8 vt finis missionis à Deo intēt⁹, & vltimus effectus: at manifestatur spi. sanctus, cum stat ad ostium, & pulsat, cum adiuuat infirmitate nostram; missio filii, ēt cū venit ad discipulos, & inuenit dormiētes, cum gratia saluati per fidem, & cum largitur dona, se manifestat spiritus sanctus.

DE VERITATE propositionum in Trinitate.

Titulus. xxviij.

DEus, aut natura diuina intra se est incomunicabilis, falsa; nam infinitas simpliciter, & ratio summi boni intrinsece aufert, vt sit ratio incommunicabilis. Deus intra se est in tribus personis, vera; nam vbi duo principia productiua adæquata in esse & pducere vt intellectus. & voluntas, ibi duo producta in vno & indiuiso esse; & ante omne productum, ex se immediate, & à se est esse improducti; sic tria supposita in eadem natura. 1. d 2 q. 4

Deus genuit Deum, vera; nam Deus etiam supponit pro supposito. Deus genuit alium Deum, falsa; nam deitas de se hæc, non est alia, sed vna. 1. d. 4. q. 1.

Fili⁹ ē alius à pr̄e, vera. Filius est aliud à patre, falsa; aliud substantiue notat distinctam substantiā; alius adiectiue distinctam personam; nec aliud pater, aliud filius, quia vna essentia. Alius masculine est personæ, aliud neutre est naturæ. Sco. 3. d. 6. q. 2.

Deus ē pater, filius, & sp. sāctus vera; nec tantum idētica, sed formalis; nam vnus terminus est per se idem aliis.; & Deus supponit pro hoc Deo, vt concretum respondens absoluto Deitatis: at Deitas est pater, filius, & sp. sanctus, est vera identice, non formaliter; Deitas enim vltimate abstracta est tantum sua essentia, quæ non est Trinitas, sed vnitas formalissime. 1. d. 4. q. 2. d. 5. q 1.

Deus generat, vera, vt Deus supponit pro supposito; essentia generat, vel generatur, falsa, quia essentia vltimate abstracta, non est nisi sua quidditas, & pro supposito nequit supponere, & gnāre nō natum prædicare nisi formaliter si generans, vel gen ta realiter à se, & à genito esset distincta. 1. d. 5. qu. 1.

Solus pater est Deus, falsa; nam exclusiua infert vlēm affirmatiuam,

uam, omnis Deus est pater, ad quam sequitur negatiua, nullus à patre est Deus, quæ negant esse Deum, quicquid non est pater. Solus Deus est pater, vera, dictio exclusiua addita essentiali à parte subiecti, vel prędicati facit propositionem verã; deitas prædicatum commune; sic vera tam solus Deus est pater; quam pater est solus Deus; nam in deitate nulla pluralitas. 1. d 21.

Pater est sapiens sapientia genita, rigore falsa: nam pater vt nõ est Verbo, nec sapit verbo; quęuis persona sapit seipsa, notitia absoluta, non relatiua; pater est sapiens sapientia, quæ in filio est genita, vera; vel originatiue, quia dat filio per originẽ intellectus sapientiam, sic se explicat Aug. 6. & 7. tr. Scot. d. 32. q 2.

Tres personæ sunt Trinitas, vera; persona est Trinitas, falsa: nam numeralia non dicuntur de aliqua persona per se, sed de omnibus simul. d. 24 quodl. 13.

Pater, & filius sunt vnus spirator, verà; sunt duo spiratores, falsa; nam terminus numeralis duo additur suo substantiuo spiratori, necessario numeraret significatum formale illius, quod est vna vis spirandi: at sunt duo spirantes, vera; vnus spirans falsa, quia duo additum alteri adiectiuo spiranti, non afficit significatũ formale, nec multiplicat vim spirandi, sed supposita spirantia. Scot d. 12. q. 1.

Deus est sapiens, & sapientia; iustus, & iustitia, bonus, & bonitas, veræ in concreto, & in abstracto, tam identice, quam formaliter: at bonitas est iustitia, deitas est bonitas; iustitia est misericordia sunt veræ identice non formaliter; nam sunt perfectiones simpliciter in Deo, quæ retinent suas formalitates, & in abstracto ratio formalis vnius non est formalitas alterius. 1. d. 3. q. 1. d. 8. q 4 d. 31.

Pater, filius, sp. sanctus sunt personæ, vera, sunt persona, falsa; nã personalia, quæ æqualiter respiciunt personas pluraliter, æqualiter prædicantur pluraliter; persona nequit esse communis ex natura rei; nec est aliquid secundæ intẽtionis, sed entitas ex natura rei incommunicabilis, vt quo, & vt quod. 1. d. 23

Paternitas est filiatio, falsa; nulla notio prædicatur de alia affirmatiue; pater est paternitas, vera; notio est illa persona cuius est. d. 28. q. 1.

Essentia est paternitas abstractè, vera; nam omnes notiones abstractiue possunt suscipere prędicationem identicam cum infinita essentia. Essentia est pater, falsa; nam pater cum sit concretum, aptus prædicare formaliter sic essentia esset formaliter pater generaret vt pater; d. 5. q. 1. d. 33. qu 2.

Nomina essentialia, siue per modum substantiæ, vt essentia, natura; siue per modum quantitatis, vt immensus, infinitus, æternus, siue qualitatis, vt bonus, iustus, sapiens, non numerantur in diuinis cum personis; vna essentia non tres essentiæ; vnus æternus, non tres æterni, vnus bonus non tres boni; imo nec substanti

uę,

ue, nec adiectiue numerantur; nam si numerantur supposita, non numerantur formę; sunt plures habentes eandem essentiam, non pluses essentiæ; personæ sũt coęternæ, & coequales, non tres æterni, nec tres æternitates in illis; quodl. 12. D. 1. d. 31.

Nomina numeralia in Deo, pro nullo proprie supponunt, nec simpliciter in Deo, etiam si sint tres personæ; quia cum supponant proprie, & simpliciter dicunt distinctionem essentialem: sed tantum secundum quid, & cum additio, personarum, attributorum, notionum. 1. d. 24.

Nomina concreta substantiua, & essentialia, non semper dicunt in se, & per se suum significatum habere respectu alterius; sed tantum in modo significandi. pater genuit alium habentem naturam diuinam, ergo alium Deum; in antecedente substantiuum respectu huius adiectiui habens idem significat, quod persona; in consequente circa significatum Dei; ideo concretum de per se non importat hoc, quod habere. 1. d. 4. in fin.

Nomen Deitas, & Deus, quæ ē tota entitas, se tota forma, de se hæc, Deus de se hic non est forma alietatis; nec sui ratione admittit trinitas alietatem; vnde omnes istæ falsæ, filius est alius à Deo; filius est alius à patre deitate, filius est alius Deus à patre; filius est alius in deitate patris; quia alius ponit suum per se significatum circa extrema distincta, ratione sui determinabilis communis distincti in illis, quod non conuenit Deo. Vt si dicam, Sortes est alius ab homine, hæc negat simpliciter habere formam hominis. Sortes est alius humanitate, humanitas est ratio formalis differentiæ. Sortes est alius in humanitate à Platone, notatus commune diuidi, & distingui in eis; nec potest habere locum in Deo, commune vtrique esse formam alietatis; quo idem sunt & Vnum, esse alium, & alium; vnde & falsæ, filius est alius Deus genitus; & Deus genuit alium Deũ; deitas nec ratio differentiæ, nec ipsa est distincta. 1. d. 4. C.

Nomina, quæ dicuntur ad se, prædicantur in singulari de pluribus, nec plurificantur, quę autem prædicantur ad aliquid plurificantur; nam quæ ad se communia tribus; quæ ad aliquid numerantur. 1. d. 26. q. 1. G. & esto personæ essent per absoluta eis non repugnat referri, & super addi relatio, qua dicantur relatiue.

Nomina dicta de Deo in ordine ad creaturas siue de possibili, siue de inesse, indifferenter supponunt pro essentia, & personis; Deus creat; Trinitas creatrix; pacreat; Filius verbum creat, spiritus sanctus creator; quia essentialia; nec conueniunt personis vt oppositionem habent. 2. d. 1. q. 1.

Nomina translatiua æque supponere possunt pro essentia, & personis; lumen de lumine, pro p sonis. Lucē habitat, in lumine tuo videbimus lumē, pro essētia. His & aliis apud Sco. & doctores iuxta sēsũ ecclesię, & Canonũ in Deũ vt per speculũ in enigmate; in patria videbim' sicuti ē Trin', & Vn'.

